ligros, la destreza en tratar los asuntos, la prontitud en llevarlos al cabo, y la prudencia en tomar las medidas convenientes, las cuales prendas posee él en un grado, en que no las poseyó ningun general de cuantos hemos conocido de vista ó de oidas. Dígalo la Italia, la que, como el mismo vencedor L. Sila confesó, salvaron el valor, y consejo de Pompeio. Dígalo lá Sicilia (27) á quien con un pronto espediente sin el terror de las armas libró de infinidad de riesgos. Dígalo el Africa, que reboseó en la sangre de innumerables enemigos, que la oprimian. Dígalo la Francia, por la que se abrió paso para la España á nuestras legiones con gran matanza de los Franceses. Dígalo la España, que muchas veces vió numerosas tropas de enemigos vencidas, y derrotadas por él. Dígalo otra y muchas veces la Italia, que hallándose apretada de la ignominiosa y peligrosa guerra de los esclavos, deseó el socorro de este, que estaba á la sazón ausente; la cual con sola la esperanza de Pompeio aflojó, y con su llegada se dissipó del todo. Díganlo finalmente todas las costas, y todos los pueblos, y naciones estrangeras, todos los mares en comun, y en particular en cada costa todas las ensenadas y puertos. Porque qué lugar marítimo en estos años ó tuvo tan gruesa guarnicion, que bastase á asegurarle, ó estuvo tan retirado, que se ocultase á la vista de los piratas? ¿Quien navegó, que no se pudiese

enim toto mari locus per hos annos, aut tam firmum habuit præsidium, ut tutus esset? aut tam fuit abditus, ut lateret? Quis navigavit, qui non se aut mortis, aut servitutis periculo committeret, cum aut hieme, aut referto prædonum mari navigaret? Hoc tantum bellum, tam turpe, tam vetus, tam latè divisum atque dispersum, quis unquam arbitraretur aut ab omnibus imperatoribus uno anno, aut omnibus annis ab uno imperatore confici posse? Quam provinciam tenuistis à prædonibus liberam per hosce annos? Quod vectigal vobis tutum fuit? Quem socium defendistis? Cui præsidio, classibus vestris, fuistis? Quàm multas existimastis insulas esse desertas? Quàm multas aut metu relictas, aut à prædonibus captas urbes esse sociorum?

17. Sed quid ego longinqua commemoro? Fuit hoc quondam, fuit proprium populi Romani longè à domo bellare, et propugnaculis imperii sociorum fortunas, non sua tecta defendere. Sociis ego vestris mare clausum per hosce annos dicam fuisse, cum exercitus nostri Brundisio nunquam, nisi summâ hieme, transmiserint. Qui ad vos

á peligro de morir ó de quedar esclavo, navegando, ó por el invierno, ó estando el mar lleno de piratas? Esta guerra tan grande, tan vergonzosa, que habia durado tantos años (28), y tan estendida, quien jamas pensaria, que podria ser acabada, ó por todos los generales en un año, ó por uno solo en toda la vida. ¿Qué provincia tuvisteis por estos años libre de los piratas? ¿qué tributo seguro? ¿qué aliados defendisteis? ¿á quien disteis socorros con vuestras armadas? ¿cuantas islas os parece que han quedado desiertas? ¿cuantas ciudades de aliados, ó desamparadas por miedo, ó tomadas por los piratas?

17. ¿Pero para que es referir lo que pasó en tierras remotas? fué en otro tiempo, fué propio del P. R. hacer la guerra lejos de Roma, y emplear las fuerzas del imperio en defensa de los aliados, no de sus propias casas. Mas ahora os diré que vuestros aliados han tenido en estos años embarazada la navegacion, cuando nuestros ejércitos nunca se embarcaron en Brindisi, sino en el mayor rigor del invierno? ¿Me quejaré de que

ab exteris nationibus veniunt, captos querar; cum legati populi romani redempti sint? Mercatoribus tutum mare non fuisse dicam, cum duodecim seures in prædonum potestatem pervenerint? Cnidum, aut Colophonem, aut Samum, nobilissimas urbes, innumerabilesque alias, captas esse commemorem, cum vestros portus, atque eos portus, quibus vitam et spiritum ducitis, in prædonum fuisse potestatem sciatis? An verò ignoratis, portum Cajetæ celeberrimum, atque plenissimum navium, inspectante prætore, à prædonibus esse direptum? Ex Miseno autem, ejus ipsius liberos, qui cum prædonibus antea ibi bellum gesserat, à prædonibus esse sublato? Nam quid ego Ostiense incommodum, atque illam labem, atque ignominiam reipublicæ querar, cum, propè inspectantibus vobis, classis ea, cui consul populi romani præpositus esset, à prædonibus capta, atque oppressa est? Proh dii immortales! tantamne unius hominis incredibilis ac divina virtus tam brevi tempore lucem afferre reipublicæ potuit, ut vos, qui modò antè ostium Tiberinum classem hostium videbatis, ii nunc nullam

hayan sido hechos prisioneros los que venian á Roma de países estrangeros, quando hemos visto rescatados los embajadores del P. R.? ¿Diré que no tuvieron seguro el mar vuestros comerciantes, quando cayeron en manos de los piratas dos Pretores (29)? ¿Haré memoria de la toma de Cnido, Colofon, y Samos, ciudades nobilissimas, y de otras infinitas, quando os consta, que estuvieron apoderados los piratas de vuestros puertos, y de unos puertos con que vivis y respirais? ¿No sabeis acaso el saco del puerto de Gaeta tan célebre, y lleno de naves, ejecutado por los piratas á vista de Pretor? ¿y que de Miseno se llevaron estos los hijos del mismo que antes les habia hecho allí guerra? Por lentura me quejaré yo de la rota de Ostia, y de aquella mancha y afrenta del Imperio, quando casi á nuestra vista fué apresada, y desbaratada por los piratas una armada, cuyo comando se habia encargado á un consul del P. R. ¡ O dioses inmortales! Tanto esplendor pudo dar á la República en tan breve tiempo el increíble y divino valor de un hombre solo, que los que poco antes veian delante de la embocadura del Tiber la armada de los enemigos, eis ahora que no se ve ni una nave sola en el Mediterraneo? Y aunque veis con que preseteza se hizo todo esto, sin embargo no es razon, que yo lo omita en mi discurso. Porque quien jamas llevado del deseo ó de despachar sus negocios, ó de acrecentar

intra Oceani ostium prædonum navem esse audiatis? Atque hæc quâ celeritate gesta sint, quanquam videtis, tamen à me dicendo prætereunda non sunt. Quis enim unquam, aut obeundi negotii aut consequendi quæstus studio tam brevi tempore, tot loca adire, tantos cursus conficere potuit, quàm celeriter Cn. Pompeio duce, belli impetus navigavit? Qui nondum tempestivo ad navigandum mari Siciliam adiit, Africam exploravit, inde Sardiniam cum classe venit: atque hæc tria frumentaria subsidia reipublicæ firmissimis præsiidiis, classibusque munivit. Inde se cum in Italiam recepisset, duabus Hispaniis et Galliâ Cisalpinâ præsiidiis ac navibus confirmatâ, missis item in oram Illyrici maris, et in Achaiam, omnemque Græciam navibus, Italiæ duo maria maximis classibus, firmissimisque præsiidiis adornavit: ipse autem, ut à Brundisio profectus est, undequingagesimo die totam ad imperium populi romani Ciliciam adjunxit. Omnes, qui ubique prædones fuerunt, partim capti, interfectique sunt; partim unius hujus imperio, ac potestati se dediderunt. Idem Cretensibus, cum ad eum

sus intereses, pudo en tan breve tiempo ir á tantas partes, hacer tan largos viages con la diligencia, con que corrió los mares el ímpetu de la guerra bajo el general Cn. Pompeio. El cual, no siendo aun tiempo de navegar, llegó á la Sicilia, reconoció el Africa, de allí partió con su armada á Cerdeña, y aseguró estos tres graneros de la república con fuertes guarniciones, y armadas. Habiendo vuelto á Italia, y proveído del mismo modo á la seguridad de las Españas, y de la Galia Cisalpina, y enviado tambien naves á la costa del mar Ilirico, á la Acaya, y á toda la Grecia, guarneció, y pertrechó sufficientísimamente los dos mares de Italia (50) y partiendo él en persona de Brindisi, en cuarenta y nueve dias agregó toda la Cilicia al imperio del P. R. Cuantos corsarios habia habido en todas partes, ó fueron hechos prisioneros y muertos; ó se pusieron en sus manos. Asimismo á los Cretenses, que le enviaron hasta la Pamfilia embajadores, y medianeros, les dió esperanza de admitirlos por entrega, y les mandó aprontar rehenes. De esta manera Cn. Pompeio al fin del invierno dispuso, al principio de la primavera emprendió, y al medio del estío concluyó una guerra tan temible, que tanto habia durado, y tanto se habia estendido, y que á todas las gentes, y naciones afli-

usque in Pamphyliam legatos deprecatoresque misissent, spem deditiones non admittit, obsidesque imperavit. Ita tantum bellum, tam diuturnum, tam longè latèque dispersum, quo bello omnes gentes, ac nationes premebantur, Cn. Pompeius extremà hieme apparavit, ineunte vere suscepit, mediâ æstate confecit.

18. Est hæc divina, atque incredibilis virtus imperatoris. Quid ceteræ quas paulò antè commemorare cœperam, quantæ, atque quàm multæ sunt? Non enim solùm bellandi virtus in summo atque perfecto imperatore quærenda est; sed multæ sunt artes eximiæ, hujus administræ comitesque virtutis. Ac primum quantâ innocentia debent esse imperatores? quantâ deindè omnibus in rebus temperantia? quantâ fide? quantâ facilitate? quanto ingenio? quantâ humanitate? Quæ breviter, qualia sint in Cn. Pompeio, consideremus. Summa enim omnia sunt, Quirites: sed ea magis ex aliorum contentione, quàm ipsa per sese cognosci, atque intelligi possunt.

19. Quem enim possumus imperatorem aliquo in numero putare, cujus in exercitu

18. Valor es este de general, divino é increíble. Que diremos de otras muchas y escelentes virtudes, que debe tener, y de que poco ha comencé á hablar? Porque no solo se ha de buscar en un general consumado, y cabal, el valor para hacer la guerra: sino que hay otras muchas prendas, que son como criadas, y compañeras de esta. Y primeramente qué bondad no debe tener? ¿qué templanza en todo? ¿qué fidelidad? ¿qué benignidad? ¿qué talento? ¿qué humanidad? las cuales virtudes consideremos brevemente, en que grado se hallan en Cn Pompeio: todas las posee, Caballeros Romanos, en el grado mas eminente: pero mejor se dejarán conocer y entender, cotejándolas con las de otros, que ellas mismas por sí.

19. ¿Porque qué cuenta debemos hacer de aquel general, en cuyo ejército se vendan, y hayan vendido

veneant centuriatus, atque venierint? Quid hunc hominem magnum, aut amplum de republica cogitare, qui pecuniam ex ærario depromptam ad bellum administrandum, aut propter cupiditatem provinciæ magistratibus diviserit, aut propter avaritiam Romæ in quæstu reliquerit? Vestra admurmuratio facit, Quirites, ut agnoscere videamini, qui hæc fecerint. Ego autem neminem nomino. Quare irasci mihi nemo poterit, nisi qui antè de se voluerit confiteri. Ita que propter hanc avaritiam imperatorum, quantas calamitates, quocumque ventum sit, nostri exercitus ferant, quis ignorat? Itinera, quæ per hosce annos in Italia per agros, atque oppida civium romanorum nostri imperatores fecerunt, recordamini; tum facilius statuetis, quid apud exterarum nationum fieri existimetis. Utrum plures arbitrari per hosce annos militum vestrorum armis, hostium urbes, an hibernis, sociorum civitates esse deletas? Neque enim potest exercitum is continere imperator, qui se ipsum non continet: neque severus esse in judicando, qui alios in se severos esse iudices non vult.

las capitánias? Como podemos pensar que tenga pensamientos grandes, y elevados en orden al bien público el que ó por el deseo del gobierno repartió entre los magistrados el dinero, que se le dió del erario para los gastos de la guerra, ó le dejó puesto á ganancias en Roma por avaricia? Vuestro murmullo, Caballeros Romanos, me da á entender, que reconoceis quienes lo han hecho. Mas yo no nombro á ninguno: y así nadie se podrá resentir de mí, sino el que quiera confesar antes, que él es comprendido. Y quien ignora cuantas calamidades llevan nuestros ejércitos, adonde quiera que llegan, por esta avaricia de los generales? Traed á la memoria las marchas, que por estos años hicieron estos en la Italia por las tierras, y lugares de los ciudadanos romanos. Entonces determinareis mas fácilmente que debais pensar que sucede en los países estrangeros. Acaso os parece que son mas las ciudades de enemigos destruidas estos años por las armas de vuestros soldados, que las que de los aliados dejaron asoladas en los cuarteles de invierno? Porque no es posible, que mantenga en disciplina su ejército un general, que no se contiene á sí mismo: ni que sea severo juez de otros el que no quiere que los demas sean jueces severos contra él.

Hic miramur, hunc hominem tantum excellere cæteris, cujus legiones sic in Asiam pervenerunt, ut non modò manus tanti exercitûs, sed ne vestigium quidem cuiquam pacato nocuisse dicatur? Jam verò, quemadmodum milites hibernent, quotidie sermones, ac litteræ perferuntur. Non modò, ut sumptum faciat in militem, nemini vis affertur, sed ne cupienti quidem cuiquam permittitur. Hiemis enim, non avaritiæ, per fugium majores nostri in sociorum atque amicorum tectis esse voluerunt.

20. Age verò, cæteris in rebus quali sit temperantiâ, consideratè. Undè illam tantam celeritatem, et tam incredibilem cursum inventum putatis? Non enim illum eximia vis remigum, aut ars inaudita quædam gubernandi, aut venti aliqui novi, tam celeriter in ultimas terras pertulerunt. Sed hæc res, quæ cæteros remorari solent, non retardarunt: non avaritia ab instituto cursu ad prædam aliquam devocavit, non libido ad voluptatem, non amœnitas ad delectationem, non nobilitas urbis ad cognitionem, non deniquè labor ipse ad quietem.

Ahora estrañaremos que sea tan superior á los demas este hombre, cuyas legiones llegaron al Asia de manera que, segun dicen, no solo las manos, mas ni aun las pisadas de ningun soldado en un tan numeroso ejército hicieron el mas leve daño á ninguno de los que estaban de paz? Mas del modo con que inviernan vuestras tropas, cada dia nos están llegando noticias y cartas; lejos de obligar á nadie á gastar con la tropa, ni aun queriendo alguno se le permite gastar nada. Porque la intencion de nuestros mayores fué, que sirvieran las casas de los aliadas y amigos, para abrigo de las inclemencias del invierno, no para saciar la avaricia.

20. Pasemos adelante, y consideremos su templanza en todo lo demas. De donde juzgais, que provino aquella tan gran velocidad; y aquella tan increíble ligereza? Pues no le llevaron en tan breve tiempo á las últimas tierras del orbe, ó la extraordinaria fuerza de los remeros, ó algun arte no oido de navegar, ó algunos vientos nuevos. Sino que no le detuvo á él lo que suele detener á los otros: no le apartó de la carrera comenzada la avaricia para hacer algun pillage, ó el antojo para buscar el deleite, ó la amenidad para la recreacion ó la nobleza de alguna ciudad; para verla, ó finalmente el mismo trabajo para tomar algun descanso. Por último las estatuas, pinturas, y

Postremo signa, et tabulas, cæteraque ornamenta græcorum oppidorum, quæ cæteri tollenda esse arbitrantur, ea sibi ille ne visenda quidem existimavit. Itaque omnes quidem nunc in his locis Cn. Pompeium, sicut aliquem non ex hæc urbe missum, sed de cœlo delapsum, intuentur: nunc denique incipiunt credere, fuisse homines romanos hæc quondam abstinentiâ: quod jam nationibus exteris incredibile, ac falsò memoria proditum videbatur: Nunc imperii nostri splendor illis gentibus lucet: nunc intelligunt, non sine causa majores suos tum, cum hæc temperantiâ magistratus habebamus, servire populo romano, quàm imperare aliis, maluisse.

21. Jam verò ità faciles aditus ad eum privatorum, ità liberæ querimoniæ de aliorum injuriis esse dicuntur; ut is, qui dignitate principibus excellit, facilitate par infimis esse videatur.

22. Jam, quantum consilio, quantum dicendi gravitate, et copia valeat, in quo ipso inest quædam dignitas imperatoria, vos, Quirites, hoc ipso in loco sæpè cognostis.

demas ornamentos de las ciudades de la Grecia, que los demas juzgan que se deben tomar, este ni aun juzgó, que se debia parar á verlos. Y así todos en estas partes miran hoy á Cn. Pompeio, como á un hombre, no enviado de esta ciudad, sino bajado del cielo: ahora por fin comienzan á creer, que hubo en otro tiempo romanos de este desinterés: cosa que ya parecia increíble, y fabulosa á las naciones estrangeras. Ahora sí que logra nuestro imperio toda su brillantez entre aquellas gentes: ahora sí que entienden, que no sin motivo sus antepasados en un tiempo, en que tenian nuestros magistrados esta templanza, quisieron mas estar sujetos al P. R. que mandar á otros.

21. Acerca de su llaneza se dice que es tan accesible á los particulares; y que tienen todos tanta libertad para quejarse á él de las injurias de los otros, que el que por su dignidad sobresale entre los príncipes, en su apacibilidad y agrado parece uno de los mas humildes.

22. Pues la fuerza de su consejo, y de sus graves y elocuentes discursos (prendas, que dan cierta dignidad á un general) vosotros, Caballeros Romanos, la habeis experimentado en este mismo puesto muchas veces.

23. Fidem verò ejus inter socios quantum existimari putatis, quam hostes omnium gentium sanctissimam judicarint? Humanitate jam tantà est, ut difficile dictu sit, utrum hostes magis virtutem ejus pugnantibus timuerint, an mansuetudinem victi dilexerint. Et quisquam dubitabit, quin huic tantum bellum hoc transmittendum sit, qui ad omnia nostræ memoriæ bella conficienda divino quodam consilio natus esse videatur?

24. Et quoniam auctoritas multum in bellis quoque administrandis, atque imperio militari valet; certè nemini dubium est, quin eà re idem ille imperator plurimum possit. Vehementer autem pertinere ad bella administranda, quid hostes, quid socii de imperatoribus vestris existiment, quis ignorat, cum sciamus, homines in tantis rebus, ut aut contemnant, aut metuant, aut oderint, aut ament, opinione non minus famæ, quam aliquà certâ ratione, commoveri? Quod igitur nomen unquam in orbem terrarum clarius fuit? Cujus res gestæ pares? De quo homine vos (id quod maxime facit auctoritatem) tanta, et tam præclara

25. De su fidelidad en cumplir sus palabras que concepto pensais que tienen hecho los aliados, cuando hasta los enemigos de todas las naciones (51) han reputado por sacrosanta su palabra? Pues su humanidad es tanta, que es difícil asegurar, si han temido mas su valor los enemigos en la batalla, que amado su mansedumbre despues de vencidos. Y habrá quien dude que se deba encargar esta guerra tan temible á un hombre nacido al parecer por especial providencia del cielo para terminar todas las de nuestro tiempo.

24. Y en cuanto á la autoridad, que tambien es muy del caso en las guerras, y en la persona de un general, ciertamente ninguno duda cuan poderosa sea la que este tiene. Mas, que importa mucho para hacer las guerras el concepto que los enemigos y aliados, forman de vuestros generales, quien hay que lo ignore, cuando sabemos, que los hombres en asustos de tanta monta se dejan llevar al desprecio ó respeto, al odio ó al amor, no menos de la opinion de la fama, que de algun motivo cierto? Pues que nombre fué jamas mas celebrado en el mundo? ¿Qué hazañas iguales á las suyas? De qué sugeto juzgasteis vosotros tan alta, y ventajosamente, que es lo que mas autoriza á un sugeto?

judicia fecistis?

An verò ullam usquam esse oram tam desertam putatis, quò non illius diei fama pervaserit, cùm universus populus romanus, referto foro, repletisque omnibus templis, ex quibus hic locus conspici potest, unum sibi ad commune omnium gentium bellum Cn Pompeium imperatorem deposcit? Itaque, ut plura non dicam, neque aliorum exemplis confirmem, quantum hujus auctoritas valeat in bello; ab eodem Cn. Pompeio omnium rerum egregiarum exempla sumantur; qui quo die à vobis maritimo bello prepositus est imperator, tanta repente vilitas annonæ ex summâ inopiâ, et caritate rei frumentariæ consecuta est unius hominis spe, et nomine, quantam vix ex summâ ubertate agrorum diuturna pax efficere potuisset.

Jàm acceptâ in Ponto calamitate ex eo prælio, de quo vos paulò antè invitus admonui; cùm socii pertinuissent, hostium opes, animique crevissent, cùm satis firmum præsidium provincia non haberet; amisissetis Asiam, Quirites, nisi ad ipsum discrimen ejus temporis divinitus Cn. Pom-

Acaso pensáis que hay en todo el mundo alguna costa tan desierta, adonde no haya llegado la fama de aquel día, en que todo el pueblo romano llenando por la plaza, y todos los templos, desde donde se alcanza á ver este puesto, pidió á solo Cn Pompeio por general contra los enemigos comunes de todas las naciones? Y así para no decir mas, y no confirmar con ejemplos ajenos la fuerza de su autoridad en la guerra: acudamos al mismo Cn. Pompeio para todo lo que sea cosa grande y señalada. En el día mismo, en que fué nombrado por general contra los piratas, de repente bajó tanto el precio de los granos despues de una suma escasez y carestía, solo con la esperanza, y nombre de un solo hombre, quanto no hubiera podido hacer una larga paz despues de abundantísimas cosechas.

Despues de la rota recibida en el Ponto en la batalla, que poco ha bien contra mi voluntad os traje á la memoria, habiéndose llenado de temor los aliados, y aumentádose el ánimo y fuerzas de los enemigos, no hallándose la provincia con las suficientes para su defensa, hubierais perdido el Asia, Caballeros Romanos, si la fortuna del pueblo romano no hubiera

peium ad eas regiones fortuna populi romani attulisset. Hujus adventus, et Mithridatem insolita inflammatum victoriâ contulit, et Tigranem magnis copiis minitatem Asiæ retardavit. Et quisquam dubitabit, quid virtute perfecturus sit, qui tantum auctoritate perfecit? aut quam facile imperio, atque exercitu socios, et vectigalia conservaturus sit, qui ipso nomine, ac rumore defenderit?

25. Age verò, illa res quantam declarat ejusdem hominis apud hostes populi romani auctoritatem, quod ex locis tam longinquis, tamque diversis tam brevi tempore omnes unâ huic se dediderunt? quod Cretensium legati, cum in eorum insulâ noster imperator, exercitusque esset, ad Cn. Pompeium in ultimas propè terras venerunt, eique se omnes Cretensium civitates dedere velle dixerunt? Quid? idem iste Mithridates nonne ad eundem Cn. Pompeium legatum usque in Hispaniam misit? Eum, quem Pompeius legatum semper judicavit: ii, quibus semper erat molestum, ad eum potissimum esse missum, speculatorem, quam legatum, judicari maluerunt.

Llevado por disposicion divina al tiempo crítico á Cn. Pompeio á aquellas regiones. Su llegada contuvo á Mithridates, lleno de insolente ardor con la victoria, á que no estaba acostumbrado, y detuvo á Tigranes, que amenazaba echarse sobre el Asia con un grueso número de tropas. Y habrá quien dude de lo que acabará con su valor, quien acabó tanto con su autoridad? ó de la facilidad, con que conservará los aliados, y tributos con el mando, y ejército, quien con solo el nombre, y fama los defendió.

25. Y cuanto declara la autoridad del mismo para con los enemigos del pueblo romano el habérsele entregado todos de comun acuerdo en tan breve tiempo desde parages tan remotos, y tan apartados entre sí? el haber ido a buscar á Cn. Pompeio casi al fin del mundo los embajadores de los Cretenses, y esto en el mismo tiempo, en que se hallaba en su isla nuestro general y ejército? y haberle dicho, que querian entregarle todas las ciudades de Creta? ¿Y aun el mismo Mithridates no envió al mismo Cn. Pompeio hasta la España un embajador? pues por tal le tuvo siempre Pompeio, aunque los que sentian que se le hubiese enviado á él mas bien, que á otro, quisieron mas que pasase por espia, que por embajador. Ya estais pues en estado de determinar, Caballeros Romanos, cuanta será la autoridad de Pompeio para con aquellos reyes,

Potestis igitur jam constituere, Quirites, hanc auctoritatem multis postea rebus gestis; magnisque vestris judiciis amplificatam, quantum apud illos reges, quantum apud exterarum nationum valituram esse existimetis.

26. Reliquum est ut de felicitate (quam præstare de se ipso nemo potest, meminisse et commemorare de altero possumus) sicut æquum est homini de potestate deorum, timidè et pauca dicamus. Ego enim sic existimo, Máximo, Marcello, Scipioni, Mario, et cæteris magnis imperatoribus, non solum propter virtutem, sed etiam propter fortunam, sæpius imperia mandata, atque exercitus esse commissos. Fuit enim profectò quibusdam summis viris quædam ad amplitudinem, et gloriam, et ad res magnas benè gerendas divinitus adjuncta fortuna. De hujus autem hominis felicitate, de quo nunc agimus, hæc utar moderatione dicendi, non ut in illius potestate fortunam positam esse dicam, sed ut, præterita meminisse, reliqua sperare, videamur, ne aut invisæ diis immortalibus oratio nostra, aut ingrata esse videatur.

y para con las naciones estrangeras, hallándose engrandecida con las hazañas posteriores, y con los grandes testimonios, que vosotros disteis del concepto, que teniais de él.

26. Resta que hablemos con brevedad, y respeto, como corresponde á un hombre acerca del poder de los dioses, sobre la felicidad, que nadie puede asegurar de sí mismo, mas sí se puede traer á la memoria hablando de otro. Porque yo pienso así, que á Máximo, Marcelo, Scipion, Mario, y á los demas grandes generales, se les dió el mando, y se les encargaron los ejércitos muchas veces, no solo por respeto á su valor, sino tambien en atencion á su fortuna. Porque es sin duda, que el cielo se la concedió á algunos hombres grandes para arribar á la grandeza, y gloria, y acabar grandes empresas. Mas acerca de la felicidad del sujeto, de quien tratamos, hablaré con tiento, no de modo que diga, que tiene á su disposicion la fortuna; mas en términos, que parezca, que tenemos presente lo pasado, y esperamos lo que resta; para que así no sea ú odioso, ó ingrato nuestro discurso á los dioses inmortales.

Itaque non sum prædicaturus, Quirites, quantas ille res domi, militiæque, terrâ, marique, quantâque felicitate gesserit; ut ejus semper voluntatibus non modò cives assenserint, socii obtemperârint, hostes obedierint, sed etiam venti tempestatesque obsecundarint. Hoc brevissimè dicam, neminem unquam tam impudentem fuisse, qui à diis immortalibus tot et tantas res tacitus auderet optare, quot et quantas dii immortales ad Cn. Pompeium detulerunt. Quod ut illi proprium, ac perpetuum sit, Quirites, cum communis salutis, atque imperii, tum ipsius hominis causâ (sicuti civitatis) velle et optare debetis.

Quare cum et bellum ita necessarium sit, ut negligi non possit, ita magnum, ut accuratissimè sit administrandum, et cum ei imperatorem præficere possitis, in quo sit eximia belli scientia, singularis virtus, clarissima auctoritas, egregia fortuna: dubitabit, Quirites, quin hoc tantum boni quod vobis à diis immortalibus oblatum, et datum est, in rempublicam conservandam, atque amplificandam conferatis.

Quòd si Romæ Cn. Pompeius privatus es-

Y así no os he de ponderar, Caballeros Romanos, sus grandes acciones en paz, y en guerra, por tierra, y mar, y su gran felicidad en ellas: como su voluntad ha tenido siempre el asenso de los ciudadanos, prontos los aliados, obedientes á los enemigos, y sujetos los vientos y tempestades. Solo diré en dos palabras, que jamas hubo hombre tan desvergonzado, que se atreviese á desear dentro de su corazon de los dioses inmortales tantos, y tan señalados favorables, como estos han hecho á Cn. Pompeio. Lo cual debeis, Caballeros Romanos, querer, y desear lo conserve siempre, no solo por respeto al bien comun, y al imperio, sino tambien por el mismo Pompeio, como así lo haceis.

Por lo cual, siendo la guerra tan necesaria, que no se puede dejar, y tan temible, que se debe hacer con el mayor cuidado, y pudiendo darse el mando á un sujeto, en quien concurren un gran conocimiento del arte militar, un valor singular, una tan brillante autoridad, y una dicha señalada: dudareis, Caballeros Romanos, emplear este gran bien, que os han ofrecido, y dado los dioses inmortales, en la conservacion, y aumento del imperio.

Y aun cuando Pompeio se hallase en esta sazón en

set hoc tempore ; tamen ad tantum bellum is erat deligendus, atque mittendus. Nunc, cum ad cæteras summas utilitates hæc quoque opportunitas adjungatur, ut in iis ipsis locis adsit, ut habeat exercitum, ut ab iis, qui habent, accipere statim possit : quid expectamus ? aut cur non, ducibus diis immortalibus, eidem, cui cæterâ summâ cum salute reipublicæ commissa sunt, hoc quoque bellum regium committimus ?

REFUTATIO.

27. At enim vir clarissimus, amantissimus reipublicæ, vestris beneficiis amplissimis affectus, Q. Catulus ; itemque summis ornamentis honoris, fortunæ, virtutis, ingenii præditus, Q. Hortensius, ab hæc ratione dissentiunt ; quorum ego auctoritatem, apud vos multis locis plurimum valuisse, et valere oportere confiteor ; sed in hæc causâ, tametsi cognoscitis auctoritates contrarias virorum fortissimorum, et clarissimorum, tamen, omissis auctoritatibus, ipsâ re, et ratione exquirere possumus verita-

Roma de particular, deberia sin embargo ser elegido, y enviado á una guerra de tanta consideracion. Mas ahora, que á las demas conveniencias, que son grandísimas, se alega tambien la favorable coyuntura de hallarse en aquellas mismas partes, de tener ejército, de poder recibir al punto el que tienen los otros, á que aguardamos ? ó por qué razon no encomendamos, guiados de los dioses inmortales, esta guerra contra reyes al mismo, á quien se han encargado las demas para tanto bien de la república ?

REFUTACION.

27. Mas no piensa de esta manera el esclarecidísimo Q. Catulo, celosísimo patriota, á quien vosotros habeis colmado de favores, ni Q. Hortensio, sugeto no menos distinguido por sus honores, fortuna, virtud y talento. Confieso, que la autoridad de estos sugetos os ha sido en muchas ocasiones de gran peso, y es razon, que asi sea ; mas en la presente, aunque veis de contrario dictâmen á tan esforzados y esclarecidos hombres, podemos no obstante, dejándonos de autoridades, averiguar la verdad por la cosa misma, y por la razon, y tanto mas fácilmente, cuanto esos mismos convienen, en que es cierto todo lo que llevo dicho,

tem; atque hoc facilius, quòd ea omnia, quæ adhuc à me dicta sunt, iidem isti vera esse concedunt; et necessarium bellum esse, et magnum, et in uno Cn. Pompeio summa esse omnia.

Quid igitur ait Hortensius? Si uni omnia tribuenda sunt, unum dignissimum esse Pompeium; sed ad unum tamen omnia deferri non oportere. Obsolevit jam ista oratio, re multo magis, quam verbis refutata. Nam tu idem, Q. Hortensi, multa pro tuâ summâ copiâ, ac singulari facultate dicendi, et in senatu contra virum fortem A. Gabinium graviter, ornatèque dixisti, cum is de uno imperatore contra prædones constituendo legem promulgasset; et ex hoc ipso loco per multa item contra legem eam verba fecisti. Quid? tùm, per deos immortales! si plus apud populum romanum auctoritas tua, quam ipsius populi romani salus, et vera causa valuisset, hodiè hanc gloriam, atque hoc orbis terræ imperium teneremus? An tibi tùm imperium esse hoc videbatur, cum populi romani legati, prætores, quæstoresque capiebantur? cum ex omnibus provinciis commeatu et privato, et publico

así el que es precisa la guerra, y de consideracion, como el que solo Cn. Pompeio es consumado en todo.

Que es pues lo que dice Hortensio? que si todo se ha de encargar á uno solo, ninguno tan acreedor como Pompeio; mas que no es conveniente, que á uno se le encargue todo. Ya no vale ese alegato, que las obras mucho mejor que las palabras, han refutado. Porque tú mismo, Q. Hortensio, hablaste en el senado larga, grave y elegantemente segun tu afluencia suma, y singular elocuencia, oponiéndote al esforzado Aulo Gabinio, que habia promulgado ley para nombrar á uno solo por general contra los piratas; y aun mucho mas te alargaste contradiciendo desde este mismo puesto dicha ley. ¡Que, si entonces, dioses eternos! si entonces hubiera becho mas fuerza al pueblo romano tu autoridad, que su propia conservacion, y la razon, nos veriamos ahora con esta gloria, y este imperio del orbe, que tenemos? ¿Acaso te parecia á tí imperio este, cuando nos cogian los legados del pueblo romano, los Pretores, y Questores? ¿cuando estaba cortado el paso á los convoyes de todas las provincias así publicos, como particulares? ¿y cuando estaban tan infestados todos los mares, que á ningun negocio ultramarino, ni

prohibebamur? cùm ità clausa erant nobis omnia maria, ut neque privatam rem transmarinam, neque publicam jam obire possemus?

28. Quæ civitas antea unquam fuit, non dico Atheniensium, quæ satis late quandam mare tenuisse dicitur; non Carthaginiensium, qui permultum classe, maritimisque rebus valuerunt; non Rhodiorum, quorum usque ad nostram memoriam disciplina navalis, et gloria remansit: quæ civitas unquam antea tam tenuis, quæ tam parva insula fuit, quæ non portus suos, et agros, et aliquam partem regionis, atque oræ maritimæ per se ipsa defenderet? At hercle aliquot annos continuos ante legem Gabiniam ille populus romanus, cujus usque ad nostram memoriam nomen invictum in navalibus pugnis permanserat, magnâ, ac multo maximâ parte non modo utilitatis, sed dignitatis, atque imperii caruit.

Nos, quorum majores Antiochum regem classe, Persenque superârunt, omnibusque navalibus pugnis Carthaginienses, homines in maritimis rebus exercitatissimos, paratissimosque vicerunt; ii nullo in loco jam

propio, ni del estado, podiamos acudir?

28. Qué ciudad ha habido hasta ahora, no hablo de la de Atenas, de quien se dice que fué en tiempos pasados señora de un vasto espacio de mar, ni de la de Cártago, cuya marina estuvo muy pujante, ni de la de Rodas, cuya disciplina y gloria naval duraron hasta nuestros días; sino de las mas débiles y pequeñas: ¿qué isla ha habido tan reducida, que no bastase por sí sola á defender sus puertos, campos, y alguna parte de su costa marítima? Pues á fe mia que por algunos años seguidos antes de la ley Gabinia aquel pueblo, romano, que habia conservado la fama de invencible por mar hasta nuestros días, estuvo privado de gran parte, ó de casi toda su utilidad, dignidad, y señorío.

Nosotros, cuyos mayores vencieron en batalla naval á Antiocho, y á Perseo, y batieron en todos los combates á los Cartagineses, aunque eran los mas prácticos, y mas aguerridos por mar, ya no podiamos en ninguna parte resistir á los piratas. Nosotros mismos,

prædonibus pares esse poteramus. Nos quoque, qui antea non modò Italiam tutam habebamus, sed omnes socios in ultimis oris auctoritate nostri imperii salvos præstare poteramus; tum, cum insulâ Delos tam procul à nobis in Ægei mari posita, quò omnes undiquè cum mercibus, atque oneribus commeabant, referta divitiis parva sinè muro nihil timebat: iidem non modò provinciis, atque oris Italiae maritimis, ac portibus nostris, sed etiam Appiâ jam viâ caerebamus: et his temporibus non pudebat magistratus populi romani in hunc ipsum locum escendere, cum cum vobis majores vestri exuviis nauticis, et classium spoliis ornatum reliquissent.

29. Bono te animo tum, Q. Hortensi, populus romanus, et cæteros, qui erant in eadem sententiâ dicere existimavit ea, quæ sentiebatis: sed tamen in salute communi idem populus romanus dolori suo maluit, quàm auctoritati vestræ obtemperare. Itaque una lex, unus vir, unus annus, non modò nos illâ miseriâ, ac turpitudine liberavit: sed etiam effecit, ut aliquandò verè videremur omnibus gentibus,

que antes no solo teniamos segura la Italia, sino que podiamos resguardar á la sombra de nuestro imperio á todos nuestros aliados en las costas mas remotas; en aquel tiempo, en que la isla de Delos tan lejos de nosotros en el mar Egeo, á donde acudian de todas partes comerciantes, y cargadores, aunque llena de riquezas, pequeña, y sin muro, estaba sin el menor (52) recelo, nos veiamos ahora privados no solo de las provincias, y costas marítimas de la Italia, y de nuestros puertos, sino tambien hasta de la calzada de Apio (55). Y en estos tiempos no les daba vergüenza á los magistrados del pueblo romano de subir á este mismo puesto, que vuestros mayores os dejaron adornado con los despojos de las naves, y resto de las armadas, que habian batido.

Bien creyó entonces el pueblo romano, que tú, y los demas, que eran de tu mismo dictamen, proponiais vuestro sentir con buena intencion; mas no obstante eso en negocio, en que iba la salud del estado, quiso antes seguir el impulso de su dolor, que vuestra autoridad. Y así una sola ley y un solo hombre en un año solo no solamente sacaron de aquella miseria y vergonzoso estado, sino que hicieron creer que de verdad mandábamos á todos los pueblos y naciones, por mar y tierra.

ac nationibus terrâ, marique imperare.
 Quo mihi etiâ indigniùs videtur obtrectatum esse adhuc, Gabinio, dicam, ane Pompeio, an utrique? (id quod est verius) ne legaretur A. Gabinius Cn. Pompeio expetenti, ac postulanti. Utrum ille, qui postulat legatum ad tantum bellum, quem velit, idoneus non est, qui impetret, cum cæteri ad expilandos socios, diripiendasque provincias, quos voluerunt, legatos eduxerint? an ipse, cujus lege salus, ac dignitas populo romano, omnibus gentibus constituta est, exper esse debet gloriæ ejus imperatoris, atque periculo est constitutus? An C. Falcidius, Q. Metellus, Q. Cælius Latiniensis, Cn. Lentulus, quos omnes honoris causâ nomino, cum tribuni plebis fuissent, anno proximo legati esse potuerunt: in hoc uno Gabinio sunt tam diligentes, qui in hoc bello, quod lege Gabiniâ geritur, in hoc imperatore, atque exercitu, quem per vos ipse constituit, etiâ præcipuo jure esse deberet? De quo legando spero consules ad senatum relatueros. Qui si dubitabunt, aut gravabuntur, ego me profiteor relaturum; neque me impedit cujusquam, Qui-

Y por lo mismo me parece cosa mas indigna, que se haya hecho oposicion, no sé si diga, á Gabinio, ó á Pompeio, ó á ambos, (que es lo mas cierto) para que no se envie á aquel por Legado de Pompeio, que lo desea, y pretende. Es acaso que el que pide para guerra tan formidable un Legado á su gusto, no merece que se le conceda; cuando los demas llevaron los que quisieron para robar á los aliados, y saquear las provincias? ¿ó que el mismo, á cuya ley debieron su conservación, y lustre el pueblo romano, y todas las naciones, no debe tener parte en la gloria de aquel general, y ejército, que por su consejo, y á su riesgo se levantó? ¿Pues que? no hubo inconveniente para que pudiesen ser Legados el año despues de su tribunado C. Falcidio, Q. Metelo, Q. Celio Latiniense, y Cn. Lentulo, á todos los cuales nombro con el respeto que les es debido; y solo en este Gabinio andan tan mirados, cuando en una guerra, que un general, y ejército levantados por él hacen en fuerza de su ley, debiera ser privilegiado? Yo espero que los cónsules harán propuesta al senado, para que se le envie. Y si estuviesen dudosos, ó remisos, me ofrezco á hacerlo yo sin que edicto alguno contrario me impida, que con vuestra ayuda, y favor defienda vuestros derechos, é intereses: ni haré caso de nada fuera de la oposicion de los tri-

rites, inimicum edictum, quò minùs, fretus vobis, vestrum jus, beneficiumque defendam : neque præter intercessionem quidquam audiam ; de quâ, ut arbitròr, isti ipsi, qui minantur, etiàm, atque etiàm, qui in liceat, considerabunt. Meâ quidem sententiâ, Quirites, unus A. Gabinus belli maritimi, rerumque gestarum auctor, comes Cn. Pompeio adscribitur : propterea quòd alter uni id bellum suscipiendum vestris suffragiis detulit ; alter delatum, susceptumque confecit.

30. Reliquum est, ut de Q. Catuli auctoritate, et sententia dicendum esse videatur : qui cum ex vobis quæreret, si in uno Cn. Pompeio omnia poneretis, si quid eo factum esset, in quo spem essetis habituri ; cepit magnum suæ virtutis fructum, ac dignitatis, cum omnes propè unâ voce, *in eo ipso vos spem habituros esse dixistis*. Etenim talis es vir, ut nulla res tanta sit, ac tam difficilis, quam ille non et consilio regere, et integritate tueri, et virtute conficere possit. Sed in hoc ipso ab eo vehementissimè dissentio, quòd, quò minùs certa est hominum, ac minùs diuturna vita, hoc magis

buenos : y aun sobre esta los mismos que nos amenazan, á mi parecer se mirarán muy bien en ello, y verán, como puedan hacerla. Por mi dictamen, Caballeros Romanos, solo á A. Gabinio autor de la guerra marítima, y de los buenos sucesos logrados en ella, se le debe nombrar por compañero de Cn. Pompeio : porque este concluyó felizmente la guerra para la que aquel le dió con vuestra aprobacion el mando.

30. Resta que hablemos del parecer, y dictamen de Q. Catulo : el cual preguntándoos en quien habiais de poner vuestras esperanzas, si para todo echabais mano de Pompeio, y este llegaba á faltar, logró el fruto correspondiente á sus prendas y mérito : pues casi todos á una voz respondisteis, que en él mismo. Y en efecto es un sujeto tal, que no hay empresa por ardua y difícil que sea, que él no pueda dirigir con su prudencia, mantener con su entereza, y llevar al cabo con su valor. Pero en este punto estoy muy lejos de convenir con él. Porque, quanto es mas incierta y mas breve la vida de los hombres, tanto mas debe la República disfrutar de la vida y valor de un varon consumado, mientras los dioses nos dejan.

respublica, dum per deos immortales licet, frui debet summi hominis vitâ, atque virtute.

At enim nihil vovi fiat contra exempla, atque instituta majorum. Non dico hoc loco, majores nostros semper in pace consuetudini, in bello utilitati, paruisse; semper ad novos casus temporum novorum consiliorum rationes accommodasse: non dicam, duo bella maxima, Punicum, et Hispaniense, ab uno imperatore esse confecta: duas urbes potentissimas, quæ huic imperio maxime minabantur, Carthaginem, atque Numantiam, ab eodem Scipione esse deletas: non commemorabo, nuper ita vobis, patribusque vestris esse visum, ut in uno C. Mario spes imperii poneretur, ut idem cum Jugurthâ, idem cum Cimbris, idem cum Theutoniis bellum administraret. In ipso Cn. Pompeio, in quo novi constitui nihil vult Q. Catulus, quam multa sint nova summa Q. Catuli voluntate constituta, recordamini,

31. Quid enim tam novum, quam adolescentulum privatum, exercitum difficili reipublicæ tempore conficere? confecit:

Pero nada se debe hacer, se medirá, sin ejemplar, y contra los establecimientos de los antepasados: no quiero yo decirlos ahora, que nuestros mayores en tiempo de paz siempre se gobernaron por la costumbre, y en la guerra atendieron á la utilidad; que en los casos nuevos tomaron nuevas providencias: tampoco os diré, que un solo general (54) acabó las dos guerras tan formidables de España, y Cártago: que el mismo Escipion arruinó las dos poderosísimas ciudades de Cártago y Numancia, que tanto se hacian temer de este imperio. Ni quiero haceros presente, como poco ha os pareció conveniente á vosotros, y á vuestros padres poner en solo C. Mario todas las esperanzas del imperio, y que este solo hiciese las guerras contra Yugurta, contra los Cimbrios, y contra los Teutones. Basta que traigais á la memoria las muchas cosas que sin ejemplar se han hecho con sumo gusto de Q. Catulo en el mismo Cn. Pompeio; con quien ahora no quiere que se haga novedad.

54. ¿Porque, qué cosa tan nueva como el que un jovenito, siendo un mero particular, junte ejército en un apuro de la República? pues le juntó. ¿Que haga

huic præesse? præfuit. Rem optimè ductu suo gerere? gessit. Quid tam præter consuetudinem, quàm homini peradolescenti, cujus à senatorio gradu ætas longè abesset, imperium, atque exercitum dari? Siciliam permitti, atque Africam bellumque in ea administrandum? Fuit in his provinciis singulari innocentia, gravitate, virtute: bellum in Africâ maximum confecit, victorem exercitum deportavit. Quid verò tam inauditum, quàm equitem Romanum triumphare? at eam quoque rem populus romanus non modò vidit, sed etiam studio omni visendam putavit. Quid tam inusitatum, quàm ut, cum duo consules clarissimi, fortissimique essent, eques Romanus ad bellum maximum, formidolosissimumque pro consule mitteretur? missus est. Quo quidem tempore, cum esset non nemo in senatu, quid diceret, *Non oportere mitti hominem privatum pro consule*; L. Philippus dixisse dicitur: *Non se illum suâ sententiâ pro consule, sed pro consulibus mittere*. Tanta in eo reipublicæ benè gerendæ spes constituebatur, ut duorum consulum munus unius adolescentis virtuti committeretur.

por sí la empresa esceleramente? Pues la hizo. ¿Qué cosa tan fuera de lo acostumbrado, como el que á un mocito, cuya edad distaba mucho de la que se necesitaba para poder entrar en el senado, se le diese el mando de las armas y ejército? ¿se le confiase la Sicilia, el Africa, y la guerra, que se habia de hacer en ella? Pues en estas provincias acreditó una singular bondad, gravedad, y valor: acabó una guerra de las mas terribles en el Africa, y volviò con su ejército victorioso. ¿Qué cosa tan nunca oída, como el que triunfase uno, que solo era caballero romano? pues esto no solo le vió el pueblo romano, sino que lo tuvo por cosa digna de ser vista con todo empeño. ¿Qué cosa tan extraordinaria, como el que, habiendo dos cónsules esclarecidísimos, y del mayor valor, fuese enviado un caballero romano de proconsul á una guerra la mayor y mas terrible? pues fué enviado. Y por cierto que en esta ocasion, no faltando en el senado quien dijese, *que no era razon enviar á un particular en lugar de un consul*, dicen; que dijo L. Philipo, *que él por su voto no lo enviaba en lugar de un consul, sino en lugar de cónsules*. Tanta confianza se tenia en él de que saldria felizmente de su empresa, que se le confiaba en medio de sus pocos años el cargo de dos cónsules. ¿Qué cosa tan rara como el que, dispensándose con él por acuerdo del senado, se le hicie-

Quid tam singulare, quàm ut ex senatus consulo legibus solutus consul antè fierit, quàm ullum alium magistratum per leges capere licuisset? Quid tam incredibile, quàm ut iturum eques Romanus ex senatus-consulto triumpharet? Quæ in omnibus hominibus nova post hominem memoriam constituta sunt, ea tam multa non sunt, quàm hæc, quæ in hoc uno homine vidimus. Atque hæc tot exempla tanta, ac tam nova, profecta sunt in eundem hominem à Q. Catuli, atque à cæterorum ejusdem dignitatis amplissimorum hominum auctoritate.

32. Quare videant, ne sit periniquum, et non ferendum, illorum auctoritatem de Cn. Pompeii dignitate à vobis comprobata semper esse, vestrum ab illis de eodem homine judicium, populi quæ romani auctoritatem improbari, præsertim, cum jam suo jure populus Romanus in hoc homine suam auctoritatem vel contra omnes, qui dissentiant, possit defendere: propterea quòd, istis reclamantibus, vos unum illum ex omnibus delegistis, quem bello prædonum præponeretis. Hoc si vos temerè fecistis, et

se consul, cuando aun no le permitian las leyes (55) por su edad entrar en ningun cargo publico? ¿Qué cosa tan increíble, como el que triunfase segunda vez por decreto del senado, no siendo mas que caballero romano? Cuantas novedades se hicieron en todos hasta el dia de hoy no llegan à las que en este solo hemos visto. Y todos estos ejemplares de tanta consideracion, y tan raros, los ha debido à la autoridad de Q. Catulo, y de los demas dignísimos sugetos del mismo orden.

52. Por tanto vean no sea una cosa injustísima, é intolerable, que vosotros hayais aprobado siempre su dictamen sobre la dignidad de Cn. Pompeio, y que ellos no aprueben vuestro juicio, y parecer acerca del mismo sugeto: particularmente quando el pueblo romano tiene ya derecho para poder defender sus dictámenes acerca de este, aun contra todos los que son de contrario sentir: pues vosotros à pesar de la oposicion de esos le elegisteis à él solo para la guerra contra los piratas. Si en esto obrasteis con temeridad, si no mirasteis bien por el estado, en este caso tienen razon esos para procurar dirigir, y arreglar vuestro afecto, y

reipublicæ parum consuluistis; reelè isti studia vestra suis consiliis regere conantur. Sin autem vos plus tum in republicâ vidistis: vos, his repugnantibus, per vosmetipsos dignitatem huic imperio, salutem orbi terrarum attulistis: aliquandò isti principes, et sibi, et cæteris, populi romani universi auctoritati parendum esse fateantur. Atque in hoc bello Asiatico, et regio, non solum militaris illa virtus, quæ est in Cn. Pompeio singularis, sed aliæ quoque virtutes animi multæ, et magnæ requiruntur. Difficile est in Asiâ, Ciliciâ, Syriâ, regnisque interiorum nationum ita, versari vestrum imperatorem, ut nihil aliud quàm de hoste, ac de laude cogitet. Deindè etiam si qui sunt pudore, ac temperantiâ moderationes: tamen, eos esse tales, propter multitudinem cupidorum hominum nemo arbitratur. Difficile est dictu, Quirites, quanto in odio simus apud exterarum nationes, propter eorum, quos ad eas per hos annos cum imperio misimus, injurias, ac libidines. Quod enim fanum putatis in illis terris nostris magistratibus religiosum, quam civitatem sanctam, quam domum satis clau-

hacer nada mella? ¿Tú llegar jamas á enmendarte? ¿Tú pensar en ningun retiro? ¿Pensar tú en ningun destierro? ¡Ojalá los dioses te inspirasen ese pensamiento! aunque veo, qué recia tempestad de odio me amenaza, ya que no en el tiempo presente, en que está fresca la memoria de tus maldades, para en adelante, si amedrentado con mis palabras te redujeres á irte á un destierro. Pero no se me da nada de eso, con tal que me alcance á mí solo el daño, y no peligre en él el Estado. Mas es en vano pretender de tí que te avergüences de tus vicios, que temas el castigo de las leyes, que cedas á la necesidad de la república: porque no eres tú el que se ha de retraher por vergüenza de la torpeza, por miedo del riesgo, y por razon del furor.

Por lo cual, como ya te he dicho muchas veces, vete: y, si quieres escitar contra mí un general aborrecimiento, como contra tu enemigo, pues tal me nombras, vete en derecha á un destierro: apenas podré aguantar las habilllas de las gentes, si esto hicieses; apenas podré con el enorme peso del odio, que sobre mí cargará, si te fueres á un destierro por mandato del consul. Pero, si quieres mas procurar mi alabanza y gloria, sal con el escuadron molestísimo de los perversos: vete á Malio: saca los ciudadanos perdi-

bellum: exsulta impio latrocinio; ut à me non ejectus ad alienos, sed invitatus ad tuos isse videaris.

Quamquam quid ego te invitem, à quo jam sciam esse præmissos, qui tibi ad Forum Aurelium prætolarentur armati? sciam pactam, et constitutam esse cum Mallio diem? à quo etiam aquilam illam argenteam, quam tibi, ac tuis omnibus perniciosam esse confido, et funestam futuram, cui domi tuæ sacrarium scelerum tuorum constitutum fuit, sciam esse præmissam? Tu ut illà diutiùs carere possis, quam venerari ad eadem proficiscens solebas? à ejus altaribus sæpe istam dexteram impiam ad necem civium transtulisti?

10. Ibis tandem aliquando, quo te jam pridem tua ista cupiditas effrænata, ac furiosa rapiebat. Neque enim tibi hæc res affert dolorem, sed quandam incredibilem voluptatem. Ad hanc te amentiam natura peperit, voluntas exercuit, fortuna servavit. Nunquam tu non modò otium, sed ne bellum quidem, nisi nefarium, concupisti.

dos; apártate de los buenos: haz guerra á tu patria: regocijate en tan impia guerra, ó mas bien, ladronicio, de manera que parezca, no que has sido echado por mí entre estraños, sino que tú te fuiste con los tuyos llamado de ellos.

Aunque á que es convidarte yo, cuando sé que ya has enviado delante quienes te aguarden armados junto á Monte alto, cuando sé, que ya está señalado y acordado el dia con Malio? Cuando sé, que ya has enviado delante aquella águila de plata; que espero ha de ser fatal, y funesta para tí, y los tuyos, á la que hiciste sagrario en tu casa para tus maldades. ¿Podrás tú estar mucho tiempo sin ella, acostumbrado á sus adoraciones al ir á ejecutar alguna muerte, y habiendo pasado tu impia diestra muchas veces de sus aras á descargar el golpe mortal sobre tus coneciudadanos?

10. Llegará por fin la hora de que vayas adonde mucho tiempo ha que te arrastraba tu desenfrenado, y loco deseo: pues ne te será á tí sensible esto; sino antes de un gusto inereible. Para este destino te produjo la naturaleza, te amaestró tu voluntad, y te reservó la fortuna. Nunca tú deseaste, no digo, la paz, mas ni aun la guerra, no siendo una guerra impia. Te has hecho con un escuadron de malvados, formado de

Nactus es ex perditis, atque ab omni non modò fortuna, verùm etiam spe derelictis, conflatem improborum manum.

Hic tu quâ lætitiâ perfuere? quibus gaudiis exultabis? quantâ in voluptate bacchare, cùm in tanto numero tuorum neque audies virum bonum quemquam, neque videbis? Ad hujus vitæ studium meditati illi sunt, qui feruntur, labores tui: jacere humi non modò ad obsidendum stuprum, verùm etiam ad facinus obeundum; vigilare non solum insidiantem somno maritorum, verùm etiam bonis otiosorum. Habes, ubi ostentes illam præclaram tuam patientiam famis, frigoris, inopiæ rerum omnium: quibus te brevi tempore confectum esse senties. Tantum profeci tui, cùm te à consulatu repulsi, ut exul potiùs tentare, quam consul vexare reipublicam posses: atque ut id, quod esset à te sceleratè susceptum latrocinium potiùs, quàm bellum, nominaretur.

11. Nunc, ut à me, patres conscripti, quandam propè justam patriæ querimoniam detester, ac deprecer; percipite, quæso, diligenter, quæ dicam, et ea penitus ani-

gente perdida, y destituida no solo de toda fortuna, sino aun de toda esperanza.

¿Aquí tú cómo te bañarás en gozo? ¿Cómo saltarás de contento? ¿cómo andarás loco de placer, cuando en tan crecido número, como es el de los tuyos, no oigas, ni veas siquiera un solo hombre de bien? Para emplearte en semejante vida te ensayaste en aquellos tus trabajos, que se dicen: en aquel estar echado en el suelo, no solo para lograr los estupros, sino tambien para ejecutar otras maldades: en aquel estar en vela poniendo acechanzas no solo al sueño de los maridos, sino tambien á los bienes de los incautos. Aquí tienes un digno teatro, donde hagas ostencion de aquel tu tan declamado sufrimiento de hambres, frios, y falta de todo lo necesario, con las cuales miserias te has de ver acabar dentro de breve tiempo. Eso logré á lo menos cuando te escluí del consulado, que mas bien pudieses hacer alguna tentativa contra la república como desterrado, que maltratarla como consul: y que la guerra, que emprendiste, impio, contra tu patria, se llame mas bien ladronicio que guerra.

11. Ahora, padres conscriptos, para libertarme, y descargarme de una casi justa queja, que me da la patria, os pido que oigais atentamente lo que voy á decir, y lo fijeis en vuestros corazones, y entendi-

mis vestris mentibusque mandate. Etenim, si mecum patria, quæ mihi vitâ meâ multò est carior, si cuncta Italia, si omnis respublica loquatur: M. Tulli, quid agis? tu ne eum, quem esse hostem comperisti, quem duces belli futurum vides, quem expectari imperatorem in castris hostium sentis, auctorem sceleris, principem conjurationis, evocatore servorum, et civium perditorum, exire patieris, ut abs te non emissus ex urbe, sed immissus in urbem esse videatur? Nonne hunc in vincula duci, non ad mortem rapi, non summo supplicio mactari imperabis? Quid tandem impedit te? mosne majorum? at persæpe etiam privati in hâc republicâ perniciosos cives morte multarunt. An leges, quæ de civium reorum supplicio rogatæ sunt? at nunquam in hâc urbe ii, qui à republicâ defecerunt, civium jura tenuerunt. An invidiam posteritatis times? præclaram verò populo romano refers gratiam, qui te, hominem per te cognitum, nullâ commendatione majorum tam maturè ad summum imperium per omnes honorum gradus extulit, si propter invidiam, aut alicujus periculi metum,

mientos. Porque, si la patria, que es para mí mucho mas amable, que mi misma vida, si toda la Italia, si toda la república, me reconviene en estos términos: M. Tulio, qué haces? Tú has de dejar salir de la ciudad al que tienes averiguado que es enemigo de la patria; al que ves va á mandar la guerra; al que conoces que están aguardando para caudillo en los reales de los enemigos; al autor de la maldad, y cabeza de la conjuración; al que ha puesto en armas á los esclavos, y á los ciudadanos perdidos; de manera que parezca, no que le has dejado salir de la ciudad, sino que le has traído contra ella? No mandarás antes ponerle en prison, darle al punto muerte, ó sacrificarlo ejecutando en él el mas atroz castigo? ¿pues qué te detiene? ¿por ventura la costumbre de nuestros mayores? pues cierto, que muchas veces en esta república aun los particulares dieron muerte á los ciudadanos perniciosos. Te detienen acaso las leyes hechas sobre el castigo de los ciudadanos romanos? De ningún modo deben; pues en esta ciudad nunca tuvieron derecho de ciudadanos los que se sustrajeron de la obediencia. Acaso temes hacerte odioso á los venideros? Bella correspondencia por cierto la tuya al pueblo romano, que siendo tú un hombre conocido por tu mérito personal, sin ninguna recomendacion de tus mayores, te elevó tan temprano al mas alto

salutem civium tuorum negligis. Sed, si quis est invidiæ metus, num est vehementius severitatis, ac fortitudinis invidia, quam inertiae, ac nequitiae pertimescenda? An, cum bello vastabitur Italia, vexabuntur urbes, tecta ardebunt, tum te non existimas invidiæ incendio conflagraturum?

12. His ergo sanctissimis reipublicæ vocibus et eorum hominum, qui idem sentiunt, mentibus, pauca respondebo. Ego, si hoc optimum factu judicarem, patres conscripti, Catilinam morte multari, unius usuram horæ gladiatori isti ad vivendum non dedissem. Etenim, si summi viri, et clarissimi cives, Saturnini, et Gracchorum, et Flacci, et superiorum complurium sanguine non modò se non contaminarunt, sed etiam honestarunt: certè verendum mihi non erat, ne quid, hoc parricidâ civium interfecto, invidiæ mihi in posteritatem redundaret. Quòd si ea mihi maximè impenderet; tamen hoc animo semper fui, ut invidiam virtute partam, gloriam, non invidiam, putarem.

empleo, habiéndote antes conferido todos los otros, que le sirven de escalones; bella correspondencia digo, si el odio, ó el temor de algun peligro te hacen abandonar el bien de tus paisanos. Y si temes hacerte odioso, es acaso mas de temer el serlo por usar de severidad y fortaleza, que por flojedad y malicia? Pienzas que, cuando la guerra destruya á la Italia, y acaso, aflija las ciudades, cuando ardan las casas, no has de arder tú tambien en llamas de odio?

12. Voy á responder brevemente á estas muy respetables palabras de la república, y á lo que me dicen en su interior los sugetos, que son del mismo sentir. Si yo entendiera, padres conscriptos, que fuese mas acertado condenar á muerte á Catilina, ni aun una hora de vida le concederia yo á ese gladiator. Porque, si los mayores hombres, y mas esclarecidos que habo en esta ciudad, no solo no se mancharon con la sangre de Saturnino, de los Gracos, Flaco, y otros muchos en los tiempos pasados, sino que antes bien adquirieron mucha gloria: sin duda que no tenia yo que temer me resultase para en adelante odio ninguno de la muerte de este parricida de sus compatriotas. Y caso que me amenazase, y mucho; siempre fui de este modo de pensar, que el aborrecimiento incurrido por la virtud no era aborrecimiento, sino gloria.

Quamquam nonnulli sunt in hoc ordine, qui aut ea, quæ imminent, non videant; aut ea, quæ vident, dissimulent: qui spem Catilinæ mollibus sententiis aluerunt, conjurationemque nascentem non credendo corroboraverunt. Quorum auctoritatem secuti multi, non solum improbi, verum etiam imperiti, si in hunc animadvertissem, crudeliter, et regiè factum esse dicerent. Nunc intelligo, si iste quò intendit, in Malliana castra pervenerit, neminem tam stultum fore, qui non videat conjurationem esse factam: neminem tam improbum, qui non fateatur. Hoc autem uno interfecto, intelligo hanc reipublicæ pestem paulisper reprimi, non in perpetuum comprimi, posse. Quòd si se ejecerit, secumque suos eduxerit, et eodem cæteros undique collectos naufragos aggregaverit; extinguetur, atque delebitur non modò hæc tam adulta reipublicæ pestis, verum etiam stirps, ac semen malorum omnium.

Etenim jamdiu, patres conscripti, in his periculis conjurationis, insidiisque versamur: sed nescio quò pacto omnium scelerum, ac veteris furoris, et audaciæ maturi-

Aunque no faltan en este orden de los senadores quienes ó no ven los males que amenazan, ó hacen que no ven lo que estan viendo: los cuales con sus pareceres blandos fomentaron las esperanzas de Catilina, y con no creerlas dieron fuerzas á la conjuracion en sus principios. Y habiéndose llevado tras sí la autoridad de estos á otros muchos, ya de los malvados, ya de los ignorantes, si yo hubiera procedido al castigo de este, dirian, que habia sido cruel y tirano. Ahora entiendo, que si este llegare á los reales de Mallio, á donde dirige su marcha, no habrá ninguno tan necio, que no vea que en efecto ha habido conjuracion: ninguno tan perverso, que no lo confiese. Mas con quitarle la vida á él solo, á mi entender, solo se reprimiria un poco esta peste; pero no se podria atajar para siempre. Y, si se saliere, y llevare consigo los suyos, y juntare en un mismo lugar á los demas naufragos recogidos de todas partes, no solo se logrará la total estincion de esta peste, que tanto ha cundido, sino que se arrancarán de raiz los retoños, y se acabará la semilla de todos nuestros males.

Porque ya tiempo ha, padres conscriptos, que andamos entre estos riesgos de conjuraciones, y asechanzas; pero no sé como todas las maldades, y el furor y osadía antigua, llegaron á su sazón en mi

tas in nostri consulatûs tempus erupit. Quòd si ex tanto latrocinio iste unus tollatur; videbimur fortasse ad breve quoddam tempus curâ, et metu esse relevati: periculum autem residebit, et erit inclusum pernitûs in venis atque in visceribus reipublicæ. Ut sæpe homines ægri morbo gravi, cum æstu febrique jactantur, si aquam gelidam biberent, primò relevari videntur; deinde multò gravius, vehementiùsque afflictantur: sic hic morbus, qui est in reipublicâ, relevatus istius pœna vehementiùs, vivis reliquis, ingravescet.

EPILOGUS.

13. Quare, patres conscripti, secedant improbi, secernant se à bonis, unum in locum congregentur: muro denique, id quod sæpe jam dixit, secernantur à nobis: desinant insidiari domi suæ consuli, circumstare tribunal prætoris urbani, obsidere cum gladiis curiam malleolos, et faces ad inflammandam urbem comparare. Sit denique inscriptum in fronte uniuscujusque ci-

consulado. Y si de tan crecido número de ladronazos quitamos del medio à ese solo, parecerá acaso por un breve tiempo, que hemos quedado aliviados de sustos y temores; mas el peligro se mantendrá, y permanecerá encerrado en las venas y entrañas de la república. Así como los gravemente enfermos, que por el ardor, y la calentura no cesan de dar vuelcos en la cama, en bebiendo agua de nieve, parece por lo pronto que se han aliviado; mas luego se les acrecienta la inquietud: así esta enfermedad, de que adolece el estado, aliviada con el castigo de ese, se grabará mas, quedando con vida los otros.

EPILOGO.

15. Por lo cual, padres conscriptos, retírense los malos, apártense de los buenos, júntense en un lugar, esten finalmente separados de nosotros con un muro de por medio, como ya muchas veces dije: dejen de pañer asechanzas al consul en su propia casa, de cerca el tribunal del pretor urbano, de sitiarse con espadas la curia, y prevenir manojos de sarmientos para poner fuego à la ciudad. Tenga por fin escrito cada uno en la frente su sentir acerca de la república. Yo

tas in nostri consulatûs tempus erupit. Quòd si ex tanto latrocinio iste unus tollatur; videbimur fortasse ad breve quoddam tempus curâ, et metu esse relevati: periculum autem residebit, et erit inclusum pernitûs in venis atque in visceribus reipublicæ. Ut sæpe homines ægri morbo gravi, cum æstu febrique jactantur, si aquam gelidam biberent, primò relevari videntur; deinde multò gravius, vehementiùsque afflictantur: sic hic morbus, qui est in reipublicâ, relevatus istius pœna vehementiùs, vivis reliquis, ingravescet.

EPILOGUS.

13. Quare, patres conscripti, secedant improbi, secernant se à bonis, unum in locum congregentur: muro denique, id quod sæpe jam dixit, secernantur à nobis: desinant insidiari domi suæ consuli, circumstare tribunal prætoris urbani, obsidere cum gladiis curiam malleolos, et faces ad inflammandam urbem comparare. Sit denique inscriptum in fronte uniuscujusque ci-

consulado. Y si de tan crecido número de ladronazos quitamos del medio à ese solo, parecerá acaso por un breve tiempo, que hemos quedado aliviados de sustos y temores; mas el peligro se mantendrá, y permanecerá encerrado en las venas y entrañas de la república. Así como los gravemente enfermos, que por el ardor, y la calentura no cesan de dar vuelcos en la cama, en bebiendo agua de nieve, parece por lo pronto que se han aliviado; mas luego se les acrecienta la inquietud: así esta enfermedad, de que adolece el estado, aliviada con el castigo de ese, se grabará mas, quedando con vida los otros.

EPILOGO.

15. Por lo cual, padres conscriptos, retírense los malos, apártense de los buenos, júntense en un lugar, esten finalmente separados de nosotros con un muro de por medio, como ya muchas veces dije: dejen de pañer asechanzas al consul en su propia casa, de cerca el tribunal del pretor urbano, de sitiarse con espadas la curia, y prevenir manojos de sarmientos para poner fuego à la ciudad. Tenga por fin escrito cada uno en la frente su sentir acerca de la república. Yo

vis, quid de republicâ sentiat. Polliceor hoc vobis, patres conscripti, tantam in nobis consulibus fore diligentiam tantam in vobis auctoritatem, tantam in equitibus Romanis virtutem, tantam in omnibus bonis consensionem, ut Catilinæ profectione omnia patefacta, illustrata, oppressa, vindicata esse videatis.

Hiscæ omnibus, Catilina, cum summâ reipublicæ salute, et cum tuâ peste, ac perniciæ, cumque eorum existio, qui se tecum omni scelere, parricidioque junxerunt, proficiscere ad impium bellum, ac nefarium. Tum tu, Jupiter, qui iisdem, quibus hæc urbs, auspiciis à Romulo es constitutus; quem Statorem hujus urbis, atque imperii verè nominamus; hunc, et hujus socios à tuis aris, cæterisque templis, à tectis urbis, ac mœnibus, à vitâ, fortunisque civium omnium arcebis: et homines inimicos honorum, hostes patriæ, latrones Italiæ, scelerum fœdere inter se, ac nefariâ societate conjunctos, æternis suppliciis vivos, mortuosque mactabis.

os prometo, padres conscriptos, que será tanta la actividad de los cónsules, tanto el peso de vuestra autoridad, tanto el valor de los caballeros romanos, tanta la conformidad de todos los buenos, que con la salida de Catilina lo veais todo descubierto, aclarado, oprimido, y Castigado.

Por todo lo qual marcha, Catilina, á esa guerra impia y maldita, para mucho bien del estado, para tu mal y perdicion, y la de los que se hicieron cómplices contigo en toda especie de maldad, y en el parricidio de su patria. Y tú, ó Júpiter, establecido en su templo por Rómulo, bajo de los mismos auspicios que esta ciudad, á quien justamente damos el título de conservador de Roma y su imperio: alejarás á este y sus cómplices, de tus altares, de los otros templos, de las casas y murallas: y les estorbarás la muerte y despojo de todos los ciudadanos: y á todos los enemigos de los hombres de bien y de la patria, ladrones de Italia, aliados entre sí con la alianza de las maldades, é impiamente coligados, los afligirás en vida, y despues de muertos con eternos castigos.



ORACION SEGUNDA

CONTRA

LUCIO CATILINA.

ARGUMENTO.

Catilina, ó por haberlo resuelto él ya, ó en fuerza del discurso precedente del consul, se salió de Roma á deshora de la noche, enderezándose á los reales de Malio, que era como su lugar teniente. Dejó encargados á Cethego y Lentulo, y á los demás conjurados, que dispusiesen la ejecución de sus designios: que él vendria sobre la ciudad con ejército en breve. Al otro dia de su salida hizo Ciceron este discurso al pueblo, en que le da la enhorabuena de que por fin ve fuera de la ciudad á aquel pernicioso ciudadano; y muestra que no es de temer la guerra de Catilina por su tropa cobarde y para poco.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS



EXORDIUM.

Tandem aliquandò, Quirites, L. Catilinam, furem audaciâ, scelus anhelantem, pestem patriæ nefariè molientem, vobis atque huic urbi ferrum, flammamque minitantem, ex urbe vel eiecimus, vel emisimus, vel ipsum egredientem verbis prosecuti sumus. Abiit, excessit, evasit, erupit. Nulla jam perniciès à monstro illo, atque prodigio mœnibus ipsis intrâ mœnia comparabitur. Atque hunc quidem unum hujus belli domestici ducem sine controversiâ vicimus. Non enim jam inter latera nostras illa versabitur: non in campo, non in foro, non in curiâ, non deniquè intrâ domesticos parietes pertimescemus. Loco ille motus est, cum est ex urbe depulsus. Palàm jam cum hoste, nullo impediènte, bellum justum geremus. Sine dubio perdidimus hominem, magnificèque vicimus, cum illum



EXORDIO.

1. Por fin, Caballeros Romanos, hemos echado de la ciudad, ó despedido, ó acompañado al salir á L. Catilina, á esa furia desatada, que no respiraba sino maldades, que trazaba impio la desolacion de su patria, y á vosotros, y á esta ciudad amenazaba destruir á sangre y fuego. Marchó, se fué, escapó, se abrió el paso. Ya no ideará aquel monstruo y portento, ninguna traza para arruinar la ciudad dentro de ella misma. Y á la verdad á este, que es el único caudillo de la guerra civil, lo tenemos vencido sin disputa. Porque ya no andará entre nuestros costados aquella daga: ya estaremos sin miedo en el campo, en el foro, en el senado, y finalmente dentro de nuestras casas. Ya va de vencida con solo haberle echado de la ciudad. Ya sin embarazo de nadie haremos descubiertamente justa guerra al enemigo. Seguramente le hemos perdido, y logrado de él una gloriosa victoria, cuando le sacamos de la emboscada á pelear en campo raso. Mas euan grande os parece, que es el

ex occultis insidiis in apertum latrocinium coniecimus. Quòd verò non cruentum mucronem, ut voluit, extulit; quòd, vivis nobis, egressus est; quòd ei ferrum è manibus extorsimus; quòd incolumes cives, quòd stantem urbem reliquit: quanto tandem illum mœrore afflictum esse, et profligatum putatis? Jacet ille nunc prostratus Quirites, et se perculsum atque abjectum esse sentit, et retorquet oculos profectò sæpè ad hanc urbem, quam ex suis faucibus ereptam esse luget. Quæ quidem lætari mihi videtur, quòd tantam pestem evomuerit, forasque projecerit.

CONFIRMATIO.

2. At, si quis est talis, quales esse omnes oportebat, qui in hoc ipso, in quo exultat, et triumphat oratio mea, me vehementer accuset, quòd tam capitalem hostem non comprehenderim potiùs, quam emissem: non est ista mea culpa, Quirites, sed temporum. Interemptum esse. L. Catilinam, et gravissimo supplicio affectum, jam pridem oportebat: idque à me, et mos majore

sentimiento y tristeza, que le aflige y oprime por no haber sacado la daga teñida en sangre, como era su deseo, por habernos dejado con vida, por haberle arrancado por fuerza de las manos el puñal, y por haber quedado salvos sus paisanos, y la ciudad en pie! Está él ahora, Caballeros Romanos, por tierra, y lo conoce, y que ha recibido un golpe mortal, y seguramente vuelve muchas veces los ojos á esta ciudad llorando que se le hayan sacado de entre las garras. Mas ella me parece que se regocija de haber vomitado y echado de sí tal ponzoña.

CONFIRMACION.

2. Mas, si alguno piensa, como convendria que todos pensaran, y en lo mismo en que triunfa mi discurso, me carga fuertemente, porque dejé ir, y no prendí á tan pernicioso enemigo; de esto, Caballeros Romanos, no tengo yo la culpa, sino los tiempos. Ya ha mucho tiempo que se debia quitar del medio á Catilina, y castigarle por el mas atroz suplicio: así lo exigia de mí la costumbre de nuestros mayores, la severidad de este imperio, y el estado. Pero cuantos

ex occultis insidiis in apertum latrocinium coniecimus. Quòd verò non cruentum mucronem, ut voluit, extulit; quòd, vivis nobis, egressus est; quòd ei ferrum è manibus extorsimus; quòd incolumes cives, quòd stantem urbem reliquit: quanto tandem illum mœrore afflictum esse, et profligatum putatis? Jacet ille nunc prostratus Quirites, et se perculsum atque abjectum esse sentit, et retorquet oculos profectò sæpè ad hanc urbem, quam ex suis faucibus ereptam esse luget. Quæ quidem lætari mihi videtur, quòd tantam pestem evomuerit, forasque projecit.

CONFIRMATIO.

2. At, si quis est talis, quales esse omnes oportebat, qui in hoc ipso, in quo exultat, et triumphat oratio mea, me vehementer accuset, quòd tam capitalem hostem non comprehenderim potiùs, quam emissem: non est ista mea culpa, Quirites, sed temporum. Interemptum esse. L. Catilinam, et gravissimo supplicio affectum, jam pridem oportebat: idque à me, et mos majore

sentimiento y tristeza, que le aflige y oprime por no haber sacado la daga teñida en sangre, como era su deseo, por habernos dejado con vida, por haberle arrancado por fuerza de las manos el puñal, y por haber quedado salvos sus paisanos, y la ciudad en pie! Está él ahora, Caballeros Romanos, por tierra, y lo conoce, y que ha recibido un golpe mortal, y seguramente vuelve muchas veces los ojos á esta ciudad llorando que se le hayan sacado de entre las garras. Mas ella me parece que se regocija de haber vomitado y echado de sí tal ponzoña.

CONFIRMACION.

2. Mas, si alguno piensa, como convendria que todos pensaran, y en lo mismo en que triunfa mi discurso, me carga fuertemente, porque dejé ir, y no prendí á tan pernicioso enemigo; de esto, Caballeros Romanos, no tengo yo la culpa, sino los tiempos. Ya ha mucho tiempo que se debia quitar del medio á Catilina, y castigarle por el mas atroz suplicio: así lo exigia de mí la costumbre de nuestros mayores, la severidad de este imperio, y el estado. Pero cuantos

rum, et hujus imperii severitas, et republica postulabat. Sed, quàm multos fuisse putatis, qui, quæ ego deferrem, non crederent? quàm multos, qui propter stultitiam non putarent? quàm multos, qui etiam defenderent? quàm multos, qui propter improbitatem faverent? Ac si, sublato illo, depelli à vobis omne periculum judicarem jam pridem ego L. Catilinam non modò invidiæ meæ, verùm etiam vitæ periculo sustulissem. Sed, cùm viderem, ne vobis quidem omnibus re etiam tùm probatâ, si illum, ut erat meritis, morte multassem, fore ut ejus socios invidiâ oppressus persecui non possem: rem huc deduxi, ut tùm palàm pugnare possetis, cùm hostem apertè videretis.

Quem quidem ego hostem, Quirites, quàm vehementer foris esse timendum putem, licet hinc intelligatis, quòd illud etiam molestè fero, quòd ex urbe parum comitatus exierit. Utinam ille omnes secum suas copias eduxisset? Tongillum mihi eduxit, quem amare in prætexta cœperat: Publicium et Munatium, quorum æs alienum contractum in popinâ nullum reipublicæ motum afferre poterat. Reliquit quos viros?

pensais que eran los que no daban crédito á lo que yo decia? ¿cuantos los que por necios no pensaban que tal hubiese? ¿cuantos los que aun pensaban á defenderle? ¿cuantos los que por malos aun le daban favor? Y si yo entendiera, que quedabais vosotros libres de todo peligro, quitándole á él del medio, mucho tiempo ha que le hubiera quitado, no solo espionándome al odio, sino aun aventurando la vida. Pero, viendo que, si le diese la muerte merecida, no habiéndose aun entonces hecho ver á todos vosotros lo que habia, no podria, oprimido del odio, dar sobre los demas conjurados; puse la cosa en tales términos, que pudieseis hacer guerra declarada á un enemigo declarado.

Mas cuan temible pienso yo, Caballeros Romanos, que sea este enemigo fuera de la ciudad, se deja entender del sentimiento que tengo de que ha salido poco acompañado. Ojala hubiera él sacado consigo toda su gente. Me sacó á Tongilo, á quien comenzó á amar cuando aun andaba con la toga pretexta (1) á Publio, y Munacio, cuyas deudas contraidas en los figones ninguna alteracion podian ocasionar en el estado. Mas qué sugetos dejó? ¿qué adeudados? ¿qué poderosos? ¿qué distinguidos?

quanto alieno ære, quàm valentes, quàm nobiles?

3. Itaque ego illum exercitum præ Gallicanis legionibus, et hoc delectu, quem in agro Piceno, et Gallico, Q. Metellus habuit, et his copiis, quæ à nobis quotidie comparantur, magnoperè contemno; collectum ex senibus desperatis, ex agresti luxuriâ, ex rusticis decoctoribus: ex his, qui vadimonia deserere, quàm illum exercitum, mauerunt: quibus ego non modò si aciem exercitûs nostri, verùm etiam si edictum prætoris ostendero, concident. Hos, quos video volitare in foro, quos stare ad curiam, quos etiam in senatum venire, qui nitent unguentis, qui fulgent purpura, malletm secùm suos milites eduxisset: qui si hîc permanent, mementote non tam exercitum illum esse nobis, quàm hos, qui exercitum deserunt, pertimescendos.

Atque hoc etiam sunt timendi magis, quòd, quid cogitent, me scire sentiunt: neque tamen permouentur. Video, cui Apulia sit attributa, qui habeat Etruriam, qui agrum Picenum, qui Gallicum, qui sibi has urbanas insidias cædis atque incendio-

5. Y así yo hago un gran desprecio de aquel ejército, comparándole con las legiones Galicanas, con la gente, que Q. Metelo levantó en el territorio Piceno y Galicano, y la que nosotros juntamos diariamente: como que aquella tropa se compone de viejos desesperados, de rústicos disolutos, de aldeanos malgastadores, de hombres, que quisieron mas faltar á las fianzas de comparecer en juicio, que á aquel ejército: los cuales, si yo les muestro, no digo nuestro ejército formado en batalla, sino solamente el edicto del pretor, darán consigo en tierra. A estos, que veo andar volando por la plaza, asistir junto á la curia, y aun concurrir al senado, que relucen con los unguentos oleosos, y resplandecen con la púrpura (2), á estos sus soldados quisiera yo mas que se los hubiera llevado consigo: porque habeis de entender, que estos son mas temibles aquí, que el ejército de que desertaron.

Y aun son mas de temer por la circunstancia de que entienden que yo sé en lo que piensan, y no les da eso mucho cuidado. Estoy viendo á quien se le ha dado la Pulla, quien tiene la Etruria, quien el territorio Piceno, quien el Galicano, quien pidió se le cometiese la faccion de aquí de la ciudad, de la ma-

rum depoposcerit. Omnia superioris noctis consilia ad me perlata esse sentiunt: patefeci in senatu hesterno die: Catilina ipse pertimuit, profugit: hi quid expectant? nã illi vehementer errant, si illam meam pristinam lenitatem perpetuam sperant futuram.

4. Quod expectavi, jam sum assecutus, ut vos omnes factam esse apertè conjurationem contra rempublicam videretis; nisi verò si quis est, qui Catilinæ similes cum Catilinã sentire non putet. Non est jam lenitati locus: severitatem res ipsa flagitat. Unum etiam nunc concedam: exeant, proficiscantur, ne patiantur desiderio sui Catilinam miserum tabescere. Demonstrabo iter; Aureliã viã profectus est. Si accelerare volent, ad vesperam consequentur. O fortunatam rempublicam, siquidem hanc sentinam hujus urbis ejecerit! Uno mehercule Catilina exhausto, relevata mihi et recreata respublica videtur. Quid enim mali, aut sceleris fingi, aut excogitari potest, quod non ille conceperit? Quis totã Italiã veneficus, quis gladiator, quis latro, quis sicarius, quis parricida, quis testamentorum

tanza de los ciudadanos, é incendio de ella. Saben que he sido informado de todas las resoluciones de la noche pasada: ayer las hice yo patentes en el senado: el mismo Catilina se llenó de miedo y huyó: ¿estos á que aguardan? ¡Ay! quanto se engañan, si esperan que durará siempre aquella mi pasada blandura.

4. Yo ya logré el fin porque aguardaba, que era que vieseis todos vosotros claramente que habia conjuración contra el estado: sino que haya quien piense que los que se parecen á Catilina en la conducta, no se conforman con él en los dictámenes. Ya no tiene lugar la blandura: la cosa misma clama por el castigo. Un solo partido les haré sin embargo aun ahora, y es que salgan, y se vayan, y no dejen al miserable Catilina consumirse por su ausencia. Les enseñaré el camino; él se fué por la vía Aurelia. Si quisieren acelerar un poco el paso, le alcanzarán al anochecer! O dichosa república, si echase de sí esta sentinal! De verdad que con solo haber echado á Catilina, me parece que se halla recobrada y vuelta en sí. Porque qué maldad ó infamia se podrá imaginar, ó discurrir, que él no haya pensado? Qué emponzoñador, qué gladiator, qué ladrón, qué asesino, qué parricida, qué falsificador de testamentos, qué engañador, qué rufian, qué gastador, qué adultero, qué muger infame, qué cor-

subjector, quis circumscriptor, quis ganeo, quis nepos, quis adulter, quæ mulier infamis, quis corruptor juventutis, quis corruptus, quis perditus inveniri potest, qui se cum Catilinâ non familiarissimè vixisse fateatur? Quæ cædes per hosce annos sine illo facta est? quod nefarium stuprum non per illum? Jam verò quæ tanta in ullo unquam homine juventutis illecebra fuit, quanta in illo; qui alios ipse amabat turpissimè, aliorum amori flagitiosissimè serviebat: aliis fructum libidinum, aliis mortem parentum, non modò impellendo, verùm etiam adjuvando, pollicebatur. Nunc verò quam subitò non solùm ex urbe, verùm etiam ex agris ingentem numerum perditorum hominum collegerat? Nemo, non modò Romæ, sed nec ullo in angulo totius Italiæ oppressus ære alieno fuit, quem non ad hoc incredibile sceleris fœdus adsciverit.

5. Atque, ut ejus diversa studia in dissimili ratione perspicere possitis, nemo est in ludo gladiatorio paulò ad facinus audacior, qui se non intimum Catilinæ esse fateatur: nemo in scenâ levior, et nequior,

rompedor de la juventud, qué perdido, qué rematado, se puede encontrar en toda Italia, que no confiese haber tenido familiarísimo trato con Catilina? ¿Qué muerte no se ha hecho en estos años, en que él no se hallase? ¿Qué abominable estupro, en que él no fuese el medio? mas cuando ninguno otro tuvo jamas el arte de atraerse la juventud, que él; que á unos amaba con amor torpísimo, y á otros era empleo del suyo deshonestísimo: á estos prometia el goce de sus liviandades, y aquellos la muerte de sus padres, no solo impeliéndolos, sino tambien coadyuvando? Y ahora que pronto tenia ya recogido un crecido número de hombres perdidos, no solo de la ciudad, sino tambien de los campos? No hubo ninguno cargado de deudas; no solamente en Roma, sino aun en el mas retirado rincón de toda la Italia, á quien no metiese en la liga para esta increíble maldad.

5. Y para que podais conocer sus distintas aficiones en distintos asuntos, no hay en la escuela de los gladiadores ninguno; que se distinga un poco por su osadía, que no confiese ser muy íntimo de Catilina: no hay ninguno en las tablas, que sobresalga algo por su

qui se non ejusdem propè sodalem fuisse commemoret. Atque idem tamen stuprorum et scelerum exercitatione assuefactus frigore, et fame, et siti, ac vigiliis perferendis, fortis ab istis prædicabatur, cùm industriæ subsidia, atque instrumenta virtutis, in libidine, audaciâque consumeret.

Hunc verò si sui fuerint comites secuti, si ex urbe exierint desperatorum hominum flagitiosi greges! ò nos beatos, ò rempublicam fortunatam! ò præclaram laudem consulatûs mei! Non enim jam sunt mediocres hominum libidines, non humanæ audaciæ, ac tolerandæ: nihil cogitant, nisi cædes, nisi incendia, nisi rapinas: patrimonia sua profuderunt, fortunas suas obligurierunt; res eos jampridem; fides deficere nuper cepit: eadem tamen illa, quæ erat in abundantia, libido permanet. Quòd si in vino, et aleâ comessiones solùm, et scorta quærent, essent illi quidem desperandi, sed tamen essent ferendi. Hoc verò quis ferre possit, inertes homines fortissimis viris insidiari, stultissimos prudentissimis, ebrios sobriis, dormientes vigilantibus? qui mihi accubantes in conviviis, complexi mulie res

libiandad, y picardia, que no diga que casi ha sido su perpetuo compañero. Y con todo habiéndose hecho en el ejército de sus estupros, y maldades á pasar frios, hambres, sed, y falta de sueño, tenia entre esa gente nombre de esforzado, malgastando en deshonestidades, é insultos, los medios, de que se vale la industria, y los instrumentos, de que se sirve el valor.

Pues, si tras de este se fueren los suyos, si se marcharen de la ciudad estas perversas gabillas de hombres desesperados, ¡ó dichosos de nosotros! ¡ó dichosa república! ¡ó glorioso consulado mio! Porque ya no son así como quiera los deseos de los hombres, ya los atrevimientos no son de hombres, y se han hecho intolerables: no piensan sino en muertes, incendios y robos: malgastaron sus patrimonios, consumieron en glotonerías su hacienda; ya tiempo ha que se les acabó el caudal, y poeo ha comenzó á faltarles el crédito; sin embargo las pasiones del tiempo de la abundancia se está en su punto. Y si en el vino y juego no buscasen otra cosa que satisfacer su gula y lujuria, debian si contarse por incurables; pero sin embargo se les debia sufrir. Mas quien podrá aguantar, que los cobardes pongan asechanzas á los esforzados, los mas necios á los mas advertidos, los borrachos á los sobrios, los perezosos á los activos? Quien podrá sufrir á unos hombres, que recostándose junto á mí en los banque-

impudicas, vino languidi, conferti cibo, certis redimitti, unguentis obfiti, debilitati stupris, eructant sermonibus suis eodem bonorum, atque urbis incendia. Quibus ego confido impendere fatum aliquod, et pœnas jam diu improbitati, nequitiae, scelerei, libidini debitas, aut instare jam planè, aut certè jam appropinquare. Quos si meus consulatus, quoniam sanare non potest, sustulerit; non breve nescio quod tempus, sed multa sæcula propagarit reipublicæ. Nulla est enim natio, quam pertimescamus; nullus rex. qui bellum populo romano facere possit. Omnia sunt externa unius virtute terræ marique pacata. Domesticum bellum manet: intus insidiæ sunt: intus inclusum periculum est: intus est hostis. Cum luxuriâ nobis, cum amentia, cum scelere, certandum est. Huic ergo me bello ducem profiteor, Quirites: suscipio inimicitias hominum perditorum. Quæ sanari poterunt, quæcumque ratione sanabo. Quæ reseccanda erunt, non patiar ad perniciem civitatis manere. Proindè aut exeant, aut quiescant: aut, si et in urbe, et in eadem mente permanent, ea, quæ merentur, expectent.

tes, abrazados con mugeres deshonestas, sin fuerzas con el vino, repletos de comida, coronados con guirnaldas, ungidos con unguentos olorosos, debilitados con sus estupros, en sus conversaciones regueldan la muerte de los buenos, y el incendio de la ciudad? Mas yo confio que les amenaza alguna fatalidad, y que ya les está encima, ó por lo menos muy cerca el castigo debido á su maldad, malleia, perversidad y lascivia. Y si yo en mi consulado los quitare del medio; ya que no los puedo curar, daria al estado no como quiera un breve espacio, sino muchos siglos de vida. Porque no hay ninguna nacion, que nos dé mucho que temer: ningun rey que pueda hacer guerra al pueblo romano. Fuera el valor de uno lo tiene todo en paz (5) por mar y tierra. Solo nos queda la guerra doméstica: dentro están las celadas: dentro está el riesgo: dentro el enemigo. Contra la lujuria, contra la locura y la maldad tenemos que pelear. Yo me ofrezco, Caballeros Romanos por capitan: tomo sobre mí las enemistades de los hombres perdidos. Las llagas, que tuvieren cura, por cuantos medios pueda las curaré. Mas los miembros, que fuere necesario cortar, no les dejaré para que ocasionen la muerte del estado. Y así ó váyanse, ó éstense quietos: ó en caso de perseverar en la ciudad, y en sus intentos, esperen el castigo que merecen.

6. At etiam sunt, Quirites, qui dicant, à me in exilium ejectum esse Catilinam. Quod ego si verbo assequi possem, istos ipsos egerem, qui hæc loquuntur. Homo enim videlicet timidus, et permodestus, vocem consulis ferre non potuit: simul atque ire in exilium jussus est, paruit, quievit.

Hesterno die, cùm domi meæ penè interfectus essem, senatum in ædem Jovis Statoris convocavi: rem omnem ad Patres conscriptos detuli. Quò cùm Catilina venisset, quis eum senator appellavit? quis salutavit? quis denique ita adspexit ut perditum civem, ac non potius ut importunissimum hostem. Quin etiam principes ejus ordinis partem illam subselliorum, ad quam ille accesserat, nudam atque inanem reliquerunt. Hic ego vehemens ille consul, qui verbo cives in exilium eicio, quæsi vi à Catilina, an nocturno conventu apud M. Lecam fuisset, necne? Cùm ille homo audacissimus, conscientiam convictus, primò reticisset; patefeci cætera. Quid eâ nocte egisset, ubi fuisset, quid in proximam constituisset, quemadmodum esset ei ratio totius belli descripta, edocui. Cùm hesitaret,

6. Mas aun hay, Caballeros Romanos, quienes dicen, que yo desterré à Catilina, lo que si con palabras pudiera yo conseguir, tambien desterraria à los que esto dicen. Así fué en efecto, como el hombre es tan pusilánime, y encogido, no pudo sufrir las palabras del consul: lo mismo fué decirle, que se fuese à un destierro, que obedeció, y se fué.

Ayer habiendo estado à pique de ser muerto en mi misma casa, convoqué al senado al templo de Júpiter Estator, y le di parte de todo lo que habia; Catilina, tambien concurrió. ¿Qué senador le habló, quien le saludó, quien finalmente le miró, como à un ciudadano rematado, y no antes como à enemigo molestísimo? Y lo que es mas, los principales senadores dejaron desamparados y desocupados los asientos de aquella parte à donde él se habia acercado. Aquí yo aquel consul tan terrible, que solo con una palabra echo à los ciudadanos al destierro pregunté à Catilina, si se habia, ó no, hallado en la junta tenida por la noche en casa de M. Leca: como aquel hombre tan audaz, convencido del testimonio de su conciencia, hubiese por lo pronto callado, hice patente todo lo demas. Informé al senado de lo que habia tratado aquella noche, donde habia estado, lo que habia dispuesto para la noche inmediata, y como tenia ordenado el plan de toda la guerra. Como él se hallase atajado, y sin tener que

cùm teneretur, quæsiui, quid dubitaret eò proficisci, quò jampridem pararat: cùm arma, cùm secures, cùm fascès, cùm tubas, cùm signa militaria, cùm aquillam illam argenteam, cui ille etiã sacrarium scelerum domi suæ fecerat, seirem esse præmissam. In exilium eiciebam, quem jam ingressum esse in bellum videbam? Etenim, credo, Mallius iste centurio, qui in agro Fesulano castra posuit, bellum populo romano suo nomine indixit, et illa castra nunc non Catilinam ducem expectant, et ille eiectus in exilium, se Massiliam, ut aiunt, non in hæc castra conferet.

7. O conditionem miseram, non modò administrandæ, verùm etiã conservandæ reipublicæ! Nunc, si L. Catilina consiliis, laboribus, periculis meis circumclusus ac debilitatus, subito pertinuerit, sententiam mutaverit, deseruerit suos, consilium belli faciendi abjecerit, ex hoc cursu sceleris, et belli, iter ad fugam, atque in exilium conuerterit, non ille à me spoliatus armis audaciæ, non obstupefactus ac perterritus meâ diligentia, non de spe conatuque depulsus, sed indemnatus, innocens, in exilium eiectus

decir, le pregunté en que se detenía para no ir á donde tiempo antes habia dispuesto, quando me constaba que ya habian ido delante, de orden suya, las armas, las segures, los fascès, las trompetas, las banderas, y aquella águila de plata, á la que él habia hecho en su casa un sacrario de maldades. Echaba yo al destierro al que veia ya metido en la guerra? Sí por cierto, yo creeré que ese capitan Malio, que acampó en el territorio de Fiesoli, declaró en su nombre la guerra al pueblo romano, y que en aquellos reales no se aguarda por general á Catilina, sino que, como echado á destierro, se irá á Marsella, como se dice, y no al campo de Malio.

7. O triste situacion no como quiera para el gobierno, sino aun para la conservacion de la república. Si ahora L. Catilina, que se halla cercado por todas partes y debilitado en fuerza de mis providencias, y á costa de mi trabajo y riesgos, cobrase miedo de repente, mudase de propósito, desamparase á los de su faccion, desistiese del intento de hacer guerra, y dejando el camino de la maldad y de las armas, por el que corre precipitado, tomase el de la fuga y destierro, no dirian que le quité las armas que tomò su osadía, que le intimidé, y aterrè con mi actividad, que le frustré sus esperanzas é intentos, sino que el

à consule vi et minis esse dicetur: et erunt, qui illum, si hoc fecerit, non improbum, sed miserum: me non diligentissimum consulem sed crudelissimum tyrannum existimari velint. Est mihi tanti, Quirites, hujus invidiæ falsæ atque iniquæ tempestatem subire, dummodò à vobis hujus horribilis belli ac nefarii periculum depellatur. Dicatur sanè ejectus esse à me, dummodò eat in exilium. Sed mihi credite, non est iturus. Nunquam ego à diis immortalibus optabo, Quirites, invidiæ meæ levandæ causâ, ut L. Catilinam ducere exercitum hostium, atque in armis volitare audiat: sed triduo tamen audietis, multòque magis illud timeo, ne mihi sit invidiosum aliquando, quòd illum emiserim potius, quàm quòd ejecerim. Sed, cum sint homines, qui illum, cum profectus sit, ejectum esse dicant, iidem, si interfectus esset, quid dicerent?

Quamquam isti, qui Catilinam Massiliam ire dictitant, non tam hoc queruntur, quàm verentur. Nemo est istorum tam misericors, qui illum non ad Mallium, quàm ad Massilienses ire malit. Ille autem, si me-

consul, empleando la fuerza y las amenazas, lo echó al destierro sin oírle. estando inocente: y no faltarán quienes quieran, si hiciere esto, que él pase por un desdichado, no por un perverso, y no por un cruelísimo tirano, si no por un consul vigilantísimo. Pero ningún cuidado me da, Caballeros Romanos, el padecer la borrasca de este odio mal fundado é inienco, con tal que se logre alejar de vosotros el peligro de esta impía y horrible guerra. Mas que digan que yo le eché, como él en efecto vaya al destierro: mas bien me lo podeis creer, no hará tal. Nunca desearé yo de los Dioses inmortales, por librarne del odio, el que llegue á vuestros oídos la noticia de que L. Catilina está al frente del ejército enemigo, y anda volando entre las armas; mas no se pasarán tres dias sin que lo oigais: y aun temo mucho mas, que me haga odioso algu dia el haberle dejado ir por sí mismo, mas bien que haberle echado. Pero cuando hay hombres, que habiéndose él ido, dicen sin embargo que le eché, estos tales, si le hubiera muerto, qué dirian?

Aunque esos, que andan diciendo, que Catilina va á Marsella, no tanto se quejan de esto, como lo temen. Ninguno de esos es tan compasivo, que no quiera mas, que él dé consigo en los reales de Malio, que en Marsella. Y seguramente él, aun cuando nunca antes hu-

hercule hoc, quod agit, nunquam antè cogitasset, tamen latrocinantem se interfici mallet, quàm exulem vivere. Nunc verò, cùm ei nihil adhuc præter ipsius voluntatem cogitationemque acciderit, nisi quòd, vivis nobis, Romã profectus est : optemus potiùs, ut eat in exilium, quàm queramur.

8. Sed, cur tam diù de uno hoste loquimur, et de eo hoste, qui jam fatetur se esse hostem, et quem, quia, quod semper volui, murus interest, non timeo; de his, qui dissimulant, qui Romæ remanent, qui nobis eum sunt, nihil dicimus? Quos quidem ego, si ullo modo fieri posset, non tam ulcisci studeo, quàm sanare, et ipsos placare rei-publicæ. Neque, id quare fieri non possit, si me audire volent, intelligo. Exponam enim vobis, Quirites, ex quibus generibus hominum istæ copiae comparentur: deinde singulis medicinam consilii atque orationis meæ, si quam potero, afferam.

Unum genus est eorum, qui magno in aere alieno majores etiam possessiones habent, quarum amore adducti dissolvi nullo modo possunt. Horum hominum species est honestissima, sunt enim locupletes; vo-

quiera pensado en esto que hace, sin embargo escogeria primero perder la vida en sus desafueros, que pasarla en un destierro. Mas ahora, habiéndole salido todo á medida de su gusto, y conforme él habia pensado, escepto el que nos dejó con vida, quando salió de Roma, mas razon será que deseemos que vaya á destierro, que no que nos quejemos de ello.

8. Pero, porqué nos detenemos tanto en un solo enemigo, y un enemigo, que ya se ha declarado por tal, y que ya no me da miedo, una vez logrado lo que siempre deseé, que estuviese de por medio el muro entre los dos: no hablamos una palabra de los que hacen la disimulada, que se mantienen en la ciudad, y se están entre nosotros. Verdaderamente á estos, si de alguna manera fuera factible, mas querria yo sanar, y reconciliar con la república, que castigarlos. Y cierto que no alcanzo por donde sea esto imposible, si quieren creerme. Porque os voy á decir, Caballeros Romanos, de qué castas de hombres se componen esas tropas, despues aplicaré á cada una la medicina saludable de consejo, y amonestacion, si la hallare.®

La primera es una casta de hombres, cuyas deudas son á la verdad crecidas, mas no tanto que no sean mayores sus posesiones, á las cuales apegando su corazón, no hay forma de desprenderlos de ellas. Sus riquezas hacen parecer á estos unos hombres muy

luntas verò, et causa impudentissima. Tu agris, tu ædificiis, tu argento, tu familia, tu rebus omnibus ornatus, et copiosus sis: et dubites de possessione detrahere, acquirere ad fidem? Quid enim expectas? Bellum? quid? ergo in vastatione omnium tuarum possessiones sacrosanctas futuras putas? An tabulas novas? errant, qui istas à Catilina expectant: meo beneficio tabulæ novæ proferentur, verùm auctionariæ. Neque enim isti, qui possessiones habent, alia ratione ulla salvi esse possunt. Quod si maturius facere voluissent, neque (id quod stultissimum est) certare usuris cum fructibus prædiorum, et locupletioribus his, et melioribus civibus uteremur. Sed hosce homines minimè puto pertimescendos, quòd aut deduci de sententiâ possunt, aut, si permanebunt, magis mihi videntur vota facturi contra rempublicam, quàm arma laturi.

9. Alterum genus est eorum, qui, quamquam premuntur ære alieno, dominationem tamen expectant: rerum poteri volunt: honores, quos, quietâ respUBLICâ, desperant, perturbatâ, se consequi posse arbitrantur.

hobrados; mas su voluntad y conducta es sin vergüenza. Tú has de estar alastecido, y sobrado, de tierras, de casas, de plata, de criados, y de todo cuanto hay, y has de dudar en perder algo de tus posesiones para ganarlo de crédito? ¿pues qué esperas? ¿Guerra? ¿qué? Luego piensas tú que en una asolacion general han de ser miradas como sagradas tus posesiones? Esperas nuevos libros de asiento de deudas (4)? ¿Qué chasco se llevan los que esto esperan de Catilina? A mí se me deberá el que salgan libros nuevos; mas serán para la venta de los bienes de los deudores. Pues ni hay otro camino de sacar salvos á estos, que tienen las posesiones. Y si esto lo hubieran querido hacer antes, y no cometer tan gran necedad, como empeñarse en tomar tanto prestado, que no basten los frutos á pagar los intereses, tendríamos en ellos unos ciudadanos mas ricos y mejores. Pero á estos hombres los tengo por poco temibles, porque puede disuadirseles, y caso que estén firmes en su modo de pensar, á mi parecer mas han de hacer votos contra la república, que tomar las armas contra ella.

9. La segunda casta es de aquellos hombres, que aunque abrumados de deudas están sin embargo esperanzados de verse con el mando; quieren ser los amos, y piensan pescar á rio revuelto los empleos honoríficos, de cuya consecucion no tienen ninguna es-

Quibus hoc præcipiendum videtur, unum scilicet, et idem, quod cæteris omnibus, ut desperent, se id, quod conantur, consequi posse. Primum omnium, me ipsum vigilare, adesse, providere reipublicæ; deinde, magnos animos esse in bonis viris, magnam concordiam, maximam multitudinem, magnas præterea militum copias: deos denique immortales huic invicto populo, clarissimo imperio pulcherrimæ urbi, contra tantam vim sceleris presentes auxilium esse laturos. Quòd si jam sint id, quod cum summo furore cupiunt, adepti: num illi in cinere urbis, et sanguine civium, quæ mente conscelerata ac nefariâ concupierunt, se consulēs, ac dictatores, aut etiam reges sperant futuros? non vident, id se cupere, quod si adepti fuerint, fugitivo alicui, aut gladiatori concedi sit necesse?

Tertium genus est ætate jam confectum, sed tamen exercitatione robustum: quo ex genere ipse Mallius, cui nunc Catilina succedit. Hi sunt homines ex iis coloniis, quas Sylla constituit: quas ego universas civium esse optimorum, et fortissimorum virorum sentio: sed tamen hi sunt coloni, qui se

peranza estando las cosas en paz. A estos juzgo, que se les debe hacer una advertencia, y la misma a todos los demas, que desesperen de lograr sus intentos: que por una parte yo estoy alerta, asisto, y velo en resguardo de la república, y por otra es mucho el ánimo y aliento de los buenos ciudadanos, mucha su concordia y número, y gruesas las tropas de soldados que hay á su favor: y por último, que los Dioses eternos han de acudir por sí mismos á socorrer contra tan violento mal á este invicto pueblo, á este esclarecidísimo imperio, á esta hermosísima ciudad. Y dado caso que logran sus furiosos deseos, quisiera yo saber si esperan ser cónsules, dictadores, y aun reyes de una ciudad reducida á cenizas, y de unos ciudadanos pasados á cuchillo, que es lo que ellos maldita y execrablemente pretendieron? No ven que sus deseos son de una cosa, que si la llegaren á conseguir, se había de dar necesariamente á algun fugitivo ó gladiator.

La tercera casta se compone de hombres cargados de años, mas sin embargo robustos con el trabajo: de los cuales es uno el mismo Malio, en cuyo lugar entra ahora Catilina. Son estos de las colonias, que Sila estableció en Fiesoli: las que miradas en comun las juzgo compuestas de ciudadanos de la mejor conducta, y del mayor esfuerzo; pero estos son aquellos colonos,

insperatis repentinisque pecuniis sumptuosius insolentiusque jactarunt. Hi dum ædificant, tanquam beati, dum prædiis, lecticis, familiis magnis, conviviiis apparatus delectantur, in tantum æs alienum inciderunt, ut, si salvi esse velint. Sylla sit iis ab inferis excitandus. Qui etiam nonnullos agrestes homines tenues atque egentes, in eandem illam spem rapinarum veterum impulerunt. Quos ego utrosque, Quirites, in eodem genere prædatorum, direptorumque pono. Sed eos hoc moneo, desinant furere, ac proscriptiones, et dictaturas cogitare. Tantus enim illorum temporum dolor inustus est civitati, ut jam ista non modò homines, sed ne pecudes quidem mihi passuræ esse videantur.

10. Quartum genus est sanè varium, et mixtum, et turbulentum, qui jampridem premuntur, qui nunquam emergent: qui partim inertia, partim malè gerendo negotio, partim etiam sumptibus, in vetere ære alieno vacillant: qui vadimoniis, judiciis, proscriptionibus honorum defatigati permulti et ex urbe, et ex agris se in illa castra conferre dicuntur. Hosce ego non tam

que malgastaron en vanidades y locuras las riquezas, con que de repente y sin esperarlo se vieron. Los cuales levantando casas, como poderosos, recreándose en sus heredades, numerosa servidumbre, y suntuosos banquetes, contrajeron tantas deudas, que es menester para sacarlos á salvo resucitarles á Sila. Estos tambien inspiraron las mismas esperanzas de las rapiñas pasadas á algunos hombres del campo, gente pobre y miserable. A los cuales así á unos como á otros, Caballeros Romanos, los cuento yo en la misma clase de ladrones y salteadores. Pero les hago esta advertencia, que se dejen de locuras, y no piensen en dictaduras y proscripciones. Porque le llegó tan al vivo á la ciudad el dolor de lo que pasó en aquellos tiempos, que no creo yo que hayan de aguantar otro tanto no solo los hombres, mas ni aun los mismos brutos.

10. La cuarta casta, en que hay verdaderamente mucha variedad, mezela, y confusion, es de hombres, que de mucho atras se ven abrumados de deudas: que nunca levantarán cabeza: que parte por poca maña, parte por dar mala cuenta de sus personas en los negocios, y parte tambien gastando demasiado, andan de pie quebrado en deudas ya hace mucho tiempo: de los cuales dicen, que se van muchos á aquel campamento así de la ciudad como de las aldeas, cansa-

milites acres, quam insidiatores lentos esse arbitror. Qui homines primùm, si stare non possunt, corruant: sed ita, ut non modò civitas, sed ne vicini quidem proximi sentiant. Nam illud non intelligo, quamobrem, si vivere honestè non possunt, perire turpiter velint: aut cur, minore dolore perituros se cum multis, quàm, si soli pereant, arbitrentur.

Quintum genus est parricidarum, sicariorum, denique omnium facinorosorum: quos ego à Catilina non revoco. Nam neque divelli ab eo possunt, et pereant sanè in latrocinio, quoniam sunt ita multi, ut eos capere carcer non possit.

Postremum autem genus est non solùm numero, verum etiam genere ipso atque vitâ, quod proprium est Catilinæ, de ejus ductu, imò verò de complexu ejus, ac sinu, quos pexo capillo, nitidos, aut imberbes, aut bene barbatos, videtis, manicatis, et talaribus tunicis, velis amictos, non togis, quorum omnis industria vitæ, et viligandi labor in antelucanis cenis expromitur. In his gregibus omnes aleatores, omnes adul-

dos de citaciones, juicios, y ventas de bienes. A estos los tengo yo por mejores para negar reacios las deudas, que para pelear con valor. Estos tales lo primero que deben hacer, es, si no pueden mantenerse en pie, dejarse caer, pero de manera que no solo la ciudad, mas ni aun los vecinos inmediatos lo sientan. Porque á la verdad yo no alcanzo porqué, no pudiendo vivir honradamente, quieren morir con deshonor, ó porqué piensan, que les será menos dolorosa la muerte en compañía de otros, que muriendo ellos solos.

En quinto lugar entran los parricidas, los asosinos, y finalmente todos los facinerosos, á los cuales yo pretendo yo apartar de Catilina. Porque ni es posible arrancarlos de sus brazos, y es razon que perezcan en sus desafueros, porque no basta la carcel para tantos, como son.

La última casta de gente en estos reales es la que así por su número, como por su calidad y modo de vida, es propiamente de Catilina, la de sus escogidos, ó mas bien diré, de sus queriditos, estos, que veis andar peinados, muy galanes, unos sin barba, otros con ella curiosamente peinada, con túnicas talares, y con mangas (5), que gastan velos en vez de togas, los cuales lucen toda su industria y desvelo en las cenas hasta el amanecer. En estas manadas andan todos los jugadores, todos los adúlteros, todos los deshonestos, y sin

teri, omnes impuri, impudicique versantur. Hi pueri tam lepidi ac delicati, non solum amare, et amari, neque cantare, et saltare, sed etiam sicas vibrare, et spargere venena, didicerunt: qui nisi exeunt, nisi pereunt, etiamsi Catilina perierit, scitote hoc in republica seminarium Catilinarium futurum. Verumtamen quid sibi isti miseri volunt? num suas secum mulierculas sunt in castra ducturi? quemadmodum autem illis carere poterunt, his praesertim jam noctibus? quo autem pacto illi Apenninum, atque illas pruinas ac nives perferent? nisi idcirco se facilius hiemen toleraturos putant, quod nudi in conviviis saltare didicerunt. O bellum magnoperè pertimescendum, cum hanc sit habiturus Catilina scortorum cohortem praetoriam?

11. Instruite nunc, Quirites, contra has tam praecelas Catilinae copias vestra praesidia, vestrosque exercitus, et primum gladiatori illi confecto, et saucio consules, imperatoresque vestros opponite: deinde contra illam naufragorum ejectam, ac debilitatam manum, florem totius Italiae ac robur educite. Jam verò urbes coloniarum, ac

vergüenza. Estos mozalvetes tan pulidos y delicados, no solo saben amar y ser amados, cantar y bailar, sino tambien vibrar puñales, y sembrar venenos: y, si estos no se van, si no perecen, tened entendido, que, aunque se acabe con Catilina, tendrá en ellos la república un seminario de Catilinas. Pero sin embargo qué se querrán esos infelices? ¿Acaso han de llevarse consigo sus mugerzuelas á los reales? ¿Y cómo podrán pasarse sin ellas, particularmente en unas noches, como estas? Y cómo aguantarán las incomodidades del Apennino, y aquellas escarchas, y nieves? sino es que piensen que les facilitará el aguantar los frios el saber danzar desnudos en los banquetes. ¡O guerra en gran manera temible, en que la compañía de guardias de corps de Catilina ha de ser de estos hombres lujuriosos!

11. Id ahora vosotros, Caballeros Romanos, y poned en orden vuestras fuerzas y vuestros ejércitos, contra estas tan escelentes tropas de Catilina, y ante todas cosas oponed á ese gladiator medio acabado, y mal herido vuestros consules y generales: y despues sacad contra aquel escuadron de naufragos echado del mar, y quebrantado, la flor y fuerza de toda la Italia: á las ciudades así de colonias, como municipales, cor-

municipiorum respondebunt Catilinæ tumulis silvestribus. Neque verò cæteras copias, ornamenta, præsidia vestra, cum illius latronis inopia, atque egestate conferre debet. Sed, si, omissis his rebus omnibus, quibus nos suppeditamus, eget ille, senatu, equitibus romanis, populo, urbe, ærario, vectigalibus, cunctâ Italia, provinciis omnibus, exteris nationibus, si, inquam, his rebus omissis, ipsas causas, quæ inter se confligunt, contendere velimus; ex eo ipso, quàm valdè illi jaceant, intelligere possumus. Ex hæc enim parte pudor pugnat, illinc petulantia: hinc pudicitia, illinc stuprum: hinc fides, illinc fraudatio: hinc pietas, illinc scelus: hinc constantia, illinc furor: hinc honestas, illinc turpitude: hinc continentia, illinc libido: denique æquitas, temperantia, fortitudo, prudentia, virtutes omnes, certant cum iniquitate, cum luxuria, cum ignavia, cum temeritate, cum vitiis omnibus: postremò copiarum cum egestate, bona ratio cum perdita, mens sana cum amentia, bona denique spes cum omnium rerum desperatione confligit. In hujusmodi certamine, ac prælio, nonne, etiam si homi-

responderá Catilina con collados silvestres. Y no es razon que compare las demas tropas, pertrechos, y fuerzas vuestras, con la pobreza y miseria de aquel ladron. Mas, si queremos, dejando á un lado todas estas cosas de que nosotros estamos abundantemente provistos, y él padece falta, que son senado, Caballos Romanos, pueblo, ciudad, tesoro, tributos, toda la Italia, todas las provincias, y naciones estrangeras, si queremos, digo, dejando esto á un lado, comparar los mismos partidos, que contienden entre sí, por esto solo podemos llegar á conocer el sumo abatimiento en que se halla. Porque de esta parte pelea la vergüenza, de aquella la devergüenza: de esta parte está la honestidad, de aquella la deshonestidad: de esta la buena fe, de aquella el engaño: de esta la piedad, de aquella la impietad: de esta la constancia, de aquella el furor: de esta la virtud, de aquella el vicio: de esta la continencia, de aquella la injuria: finalmente la equidad, la templanza, la fortaleza, la prudencia, las virtudes todas, contienden con la iniquidad, la destemplanza, la timidez, la temeridad, y con todos los vicios: por último batallan aquí, la abundancia con la necesidad, el arreglo con el desarreglo, el juicio con la locura, y la esperanza bien fundada con la total desesperacion. En un combate y batalla, como esta, no harán los Dioses, aunque falte el favor de los homi-

num studia deficiant, dii ipsi immortales cogent ab his præclarissimis virtutibus, tot, et tanta vitia superari?

CONFIRMATIO.

12. Quæ cum ita sint, Quirites, vos, quemadmodum jam antea dixi, vestra tecta custodiis, vigiliisque defendite: mihi, ut urbi sine vestro motu, ac sine ullo tumultu, satis esset præsidii, consultum, ac provisum est. Coloni omnes, municipesque vestri, certiores à me facti de hæc nocturna excursionione Catilinæ, facile urbes suas, finesque defendent; gladiatores, quam sibi ille maximam manum, et certissimam, fore putavit, quanquam meliore animo sunt, quam pars patriciorum, potestate tamen nostrâ continebuntur. Q. Metellus, quem ego prospiciens hoc in agrum gallicanum, picenumque præmisi, aut opprimet hominem, aut omnes ejus motus, conatusque prohibebit. Reliquis autem de rebus constituendis, maturandis, agendis, jam ad senatum referemus, quem vocari videtis.

bres, que tan esclarecidas virtudes salgan vencedoras de tantos, y tales vicios?

CONFIRMACION.

12. Siendo esto así, vosotros, Caballeros Romanos, no teneis mas que hacer, que resguardar con centinelas, y guardas vuestras casas; que por lo que toca à la ciudad ya yo tengo tomadas las medidas, y dadas las providencias, para que sin movimiento vuestro y sin ningun alboroto esté bien asegurada. Todas vuestras colonias, y municipios, à quienes ya envié aviso de esta correría, que hace Catilina, defenderán fácilmente sus ciudades y tierras. Los gladiatores, de quienes él pensaba formar el cuerpo mas numeroso y seguro, si bien ellos piensan mejor que algunos de los patricios, sin embargo los contendremos con nuestro poder. Quinto Metelo, à quien yo con prevision de lo que pasa envié delante al territorio Galinaco y Piceno: ó desbaratará à este hombre, ó a'ajará todos sus intentos, y designios. Mas sobre la disposicion de lo que falta que hacer, su aceleracion, y ejecucion, daremos cuenta al senado, que veis convocar.

Nunc illos, qui in urbe remanserunt, atque adeò qui contra urbis salutem, omniumque vestrum, in urbe à Catilinà relictis sunt, quanquam sunt, hostes, tamen, quia nati sunt cives, monitos etiam atque etiam volo. Mea lenitas adhuc, si cui solutior visa est, hoc expectavit, ut id, quod latebat, erumperet. Quod reliquum est, jam non possum oblivisci, meam hanc esse patriam, me horum esse consulem: mihi aut cum his vivendum, aut pro his esse moriendum. Nullus est portæ custos, nullus insidiator viæ, si qui exire volunt, consulere sibi possunt. Qui verò in urbe se commoverit; cuius ego non modò factum, sed inceptum ullum, conatumve contra patriam deprehendero, sentiet in hâc urbe esse consules vigilantes, esse egregios magistratus, esse fortem senatum, esse arma, esse carcerem, quem vindicem nefariorum, ac manifestorum scelerum majores nostri esse voluerunt.

13. Atque hæc omnia sic agentur, Quiritibus, ut res maximæ minimo motu, pericula summa nullo tumultu, bellum intestinum, ac domesticum post hominum memo-

Ahora por lo que respecta á los que se quedaron en la ciudad, y que por tanto los dejó Catilina para su ruina, y de todos vosotros, aunque no lo merecen por ser enemigos, sin embargo en consideracion á que han nacido conciudadanos nuestros, quiero hacerles una, y muchas veces esta advertencia. Mi blandura, que acaso á alguno ya ha parecido nimia, aguardó hasta ahora, hasta tanto que saliese á luz lo que estaba encubierto. En lo sucesivo es preciso que yo no olvide, que esta es mi patria, y que yo soy consul de estos, y que tengo de vivir en su compañía, ó morir en su defensa. Ninguno guarda la puerta, ninguno los espera en el camino para sorprenderlos: el que quiera irse, puede ponerse en salvo. Pero el que se me rebullere en la ciudad, que yo hallare que haya hecho, y no solo hecho sino aun puestose á hacer, ó intentado cosa en daño de la patria, conocerá á su costa, que esta ciudad tiene unos cónsules vigilantes, que tiene unos magistrados excelentes, que tiene un senado armado de fortaleza, que tiene armas, y finalmente carcel: pues para el castigo de estas maldades atroces, y públicas, la establecieron nuestros mayores.

13. Y todo esto se ha de hacer, Caballeros Romanos, de manera, que vereis ejecutar las cosas mas grandes con el menor ruido, evitar los mayores peligros sin el menor alboroto, y apaciguar una guerra


riam crudelissimum, ac maximum, me uno togato duce, et imperatore, sedetur. Quod ego sic administrabo, Quirites, ut, si ullo modo fieri poterit, ne improbus quidem quisquam in hâc urbe pœnam sui sceleris sufferat. Sed, si vis manifestæ audaciæ, si impendens patriæ periculum, me necessario de hâc animi lenitate deduxerit; illud profectò perficiam, quod in tanto, et tam insidioso bello vix optandum videtur, ut ne quis bonus intereat, paucorumque pœnâ vos jam omnes salvi esse possitis.

Quæ quidem ego neque meâ prudentiâ, neque humanis consiliis fretus polliceor vobis, Quirites, sed multis, et non dubiis deorum immortalium significationibus; quibus ego ducibus in hanc spem, sententiamque sum ingressus: qui jam non procul, ut quondam solebant, ab externo hoste, atque longinquo, sed hic præsentes suo numine, atque auxilio sua templa, atque urbis tecta defendunt: quos vos, Quirites, precari, venerari, atque implorare debetis, ut, quam urbem pulcherriman, florentissi-

intestinal, y doméstica, la mas cruel, y terrible, de que hay memoria, sin mas general y caudillo que yo, que no he de vestir las armas. Y me he de gobernar, Caballeros Romanos, en esta guerra de manera, que ni aun uno solo de los malos y perversos, si ser pudiese, lleve en esta ciudad el castigo que merece su delito. Mas en el caso de que la osadía acendiendo descubiertamente á la fuerza, ó el inminente riesgo de la patria, me estorben seguir la via de la suavidad, á que mi corazon se inclina; haré á lo menos una cosa, que en tan grande, y tan traidora guerra, apenas parece que se puede desear, y es que no muera ninguno de los buenos, y que con el castigo de unos pocos se logre por fin salvaros á todos.

Y esto, que os prometo, Caballeros Romanos, no lo prometo fiado en mi prudencia, ó en el consejo humano, sino en las muchas y claras muestras de su favor, que han dado los dioses, que son los que me han hecho concebir esta esperanza, y formar este juicio: los cuales defienden aquí presentes con su poder, y proteccion, sus templos, y las casas de la ciudad, no desde lejos, como en tiempos pasados solian, y contra un enemigo extraño y alejado: á los cuales, vosotros, Caballeros, debeis pedir, rogar, y suplicar que defiendan de la impia maldad de unos ciudadanos perdidos, y rematados, á esta ciudad, que fué su voluntad hon-

namque esse voluerunt, hanc, omnibus
 hostium copiis terrâ, marique superatis, à
 perditissimorum civium nefario scelere de-
 fendant.



rar y engrandecer sobre todas las demas, destruyén-
 doles por mar y tierra todas sus fuerzas.

UANL

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS





ORACION

EN DEFENSA

DE AULO LICINIO ARCHIAS.

ARGUMENTO.

Archias, célebre poeta griego, natural de Antiochia, fué á Roma el año de 648 de su fundacion. Habiéndole dado los de Heraclea el derecho de ciudadano por dar gusto á Luculo, fué conaturalizado en Roma por la ley Plautia Papiria el año de 661. Pasados 28 años, un cierto Gracio le puso pleito sobre el derecho de ciudadano romano, y Ciceron le defendió en este discurso, manifestando que lo era, y que, aunque no lo fuese, lo merecía ser por su talento.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS



EXORDIUM.

1. Si quid est in me ingenii, judices, quod sentio quàm sit exiguum: aut si qua exercitatio dicendi, in quâ me non infitior mediocriter esse versatum: aut si hujusce rei ratio aliqua, ab optimarum artium studiis, ac disciplina profecta, à quâ ego nullum confiteor ætatis meæ tempus abhorruisse: earum rerum omnium vel in primis hic A. Licinius fructum à me repetere propè suo jure debet. Nam, quoad longissimè potest mens mea respicere spatium præteriti temporis, et pueritiæ memoriam recordari ultimam, indè usque repetens, hunc video mihi principem, et ad suscipiendam, et ad ingrediendam rationem horum studiorum exstitisse. Quòd si hæc vox hujus hortatu, præceptisque conformata, nonnullis aliquandò saluti fuit: à quo id accepimus,



EXORDIO.

1. Si tengo yo, Jueces, algun ingenio, cuya cortedad conozco: ó alguna práctica en la oratoria, en que no niego haberme ejercitado medianamente, ó algun conocimiento é inteligencia en esta, dimanada del estudio de las mejores ciencias, que confieso no he mirado con malos ojos en toda mi vida, de todo esto debe reclamar el fruto aun con mas derecho, que nadie, este A. Licinio. Porque, recorriendo con el pensamiento lo mas remoto del tiempo pasado, y refrescando la memoria de mis primeros años, hallo que este fué el todo para determinarme, y emprender la carrera de estos estudios. Y si mi lengua animada de sus exhortaciones, y preceptos, salvó algunas veces á algunos: sin duda que á este, de quien recibimos el medio de poder favorecer á los demas, le debemos favorecer y valer, en cuanto alcancen nuestras fuerzas.

quo cæteris opitulari, et alios servare possemus, huic profectò ipsi, quantum est situm in nobis, et opem, et salutem ferre debemus.

Ac, ne quis à nobis hoc ità dici fortè miretur, quòd alia quædam in hoc facultas sit ingenii, neque hæc dicendi ratio, aut disciplina: ne nos quidem huic cuncti studio penitus unquam dediti fuimus. Etenim omnes artes, quæ ad humanitatem pertinent, habent quoddam commune vinculum, et quasi cognatione quâdam inter se continentur.

2. Sed, ne cui vestrum mirum esse videatur, me in quæstione legitimâ, et in iudicio publico, cum res agatur apud prætorem populi romani, lectissimum virum, et apud severissimos iudices, tanto conventu hominum, ac frequentia, hoc uti genere dicendi, quod non modò à consuetudine iudiciorum, verum etiam à forensi sermone abhorreat: quæso à vobis ut in hæc causâ mihi detis hanc veniam accommodatam huic reo, vobis, quemadmodum spero, non molestam; ut me pro summo poetâ atque eruditissimo homine dicentem, hoc concursu hominum

Y porque no estrañe acaso alguno, que yo hable así, por lucir el ingenio de Archias en distinta facultad, y no en la oratoria, debe advertirse que ni yo me he dedicado jamas del todo á esta sola. Porque todas las que pertenecen á la erudicion, tienen cierta union entre sí, y como cierta manera de parentesco.

2. Mas, para que á ninguno de vosotros parezca estraño, que yo en una cuestion legitima (1) y en un juicio público, tratándose el negocio ante el pretor del pueblo Romano, hombre tan escogido, y ante unos jueces tan severos, en un tan grande concurso, hable de una manera, que no solo no es conforme á la práctica de los tribunales en la sustancia, mas ni aun en las palabras se conforma con el estilo del Foro: os suplico, que en este pleito me concedais una licencia, que hará al caso á este reo, y á vosotros, si no me engaño, no será molesta, y es que me permitais, que en la defensa de un poeta consumado, y un hombre eruditísimo, en un concurso de sugetos tan literatos, siendo la

litteratissimorum, hæc vestrà humanitate, hoc deniquè prætorè exercente iudicium, patiamini de studiis humanitatis, ac litterarum paulò loqui liberius: et in hujusmodi persona, quæ propter otium, ac studium minimè in iudiciis, periculisque tractata est, uti propè novo quodam, et inusitato genere dicendi. Quod si mihi à vobis tribui, concedique sentiam, perficiam profectò, ut hunc A. Licinium non modò non segregandum, cum sit civis, à numero civium; verùm etiam, si non esset, putetis adsciscendum fuisse.

NARRATIO.

3. Nam, ut primùm ex pueris excessit Archias, atque ab iis artibus, quibus ætas puerilis ad humanitatem informari solet, se ad scribendi studium contulit: primùm Antiochiæ (nam ibi natus est, loco nobili, celebri quondam urbe, et copiosa, atque eruditissimis hominibus, liberalissimisque studiis affluentibus) celeriter antecellere omnibus ingenii glorià contigit. Post in cæteris Asiæ partibus, cunctæque Græciæ, sic

que es vuestra humanidad, y finalmente presidiendo un pretor, como él que preside, hable con alguna libertad de los estudios, y letras humanas, y que en negocio de un sugeto, como este, que por su retiro, y estudio, nunca se ha visto en tribunales y riesgos, use de un estilo casi nuevo, y no practicado. Y si entiendo que me dais esta licencia, haré seguramente que juzgueis, que no solo no se debe escluir del número de los ciudadanos á este A. Licinio, siendo uno de ellos; sino que antes bien debería haber sido admitido en él, si no lo fuese.

NARRACION.

3. Porque apenas salió Archias de su niñez, y de aquellas artes, en que se suele imponer la edad pueril para la erudicion, se dedicó á escribir. Primeramente logró brevemente señalarse entre todos por la fama de su talento en Antiochia, su patria, ciudad famosa, célebre, en otro tiempo, opulenta, y abundante de hombres muy eruditos, y de nobilísimos estudios. Despues en las demas partes del Asia, y de toda la Grecia era tan ruidosa su llegada, que la expectativa, en que todos estaban, era aun mas, que la fama de su

ejus adventus celebrabatur, ut famam ingenii expectatio hominis, expectationem ipsius adventus, admiratioque superaret. Erat Italia tunc plena græcarum artium, ac disciplinarum, studiaque hæc, et in Latio vehementius tum colebantur, quam nunc iisdem in oppidis: et hic Romæ propter tranquillitatem reipublicæ non negligebantur. Itaque hunc, Tarentini, et Rhegini, et Neapolitani, civitate, cæterisque præmiis donarunt: et omnes, qui aliquid de ingeniiis poterant judicare, cognitione, atque hospitio dignum existimarent.

Hæc tantâ celebritate famæ cum esset jam absentibus notus, Romam venit, Mario consule, et Catulo. Nactus est primùm consules eos, quorum alter res ad scribendum maximas, alter cum res gestas, tum etiam studium, atque aures adhibere posset. Statim Luculli, cum prætextatus etiam tum Archias esset, eum in domum suam receperunt. Sed etiam hoc non solum ingenii, ac litterarum, verum etiam naturæ, atque virtutis fuit, ut domus, quæ hujus adolescentiæ prima fuerit, eadem esset familiarissimæ senectuti. Erat temporibus illis juven-

ingenio; mas en llegando la admiracion del sugeto superaba la expectativa. Estaba á la sazón la Italia llena de las artes y ciencias de la Grecia, y estas se cultivaban tambien entonces en Lacio con mas calor, que en el dia de hoy se hace en las mismas ciudades: y tambien aquí en Roma estaban en estima por gozar la república de paz. Y así los Tarentinos, los Reginos y los Napolitanos, le honraron con el título de ciudadano y con los demas premios: y cuantos podian dar algun voto en materia de discernimiento de talentos, le juzgaban acreedor á su trato y hospedage.

Siendo ya conocido, aun donde no habia estado, por el mucho ruido que metia su fama, vino á Roma en el consulado de Mario y Catulo. Se encontró por lo pronto con unos cónsules, que podian darle, el uno materia á sus escritos con sus hazañas señaladísimas, el otro ademas de esto aun voto en asuntos de literatura. Luego los Lúculos le recibieron en su casa, no habiendo aun cumplido diez y siete años. Y una prueba no solo de talento y letras, sino tambien de buen natural y virtud, fué el que en la casa, en que primero entró en su mocedad, mantuvo intimo trato en la vejez. En aquellos tiempos gustaban de él Q. Metelo el Numídico, y su hijo Pio: le oia M. Emilio: vivia con

dus Q. Metello illi Numidico, et ejus Pio
 filio: audiebatur à M. Emilio: vivebat cum
 Q. Catulo, et patre, et filio: à L. Crasso co-
 lebatur: Lucullos verò, et Drusum, et Oe-
 tavios, et Catonem, et totam Hortensiorum
 domum devinetam consuetudine cum tene-
 ret, afficiebatur summo honore; quòd eum
 non solùm colebant qui aliquid percipere,
 atque audire studebant, verùm etiam si qui
 fortè simulabant.

Interim satis longo intervallo, cum esset
 cum L. Lucullo in Siciliam profectus, et
 cum ex eà provincià cum eodem Lucullo
 decederet, venit Heracliam: quæ cum es-
 set civitas æquissimo jure ac fœdere, ad-
 scribi se in eam civitatem voluit: idque,
 cum ipse per se dignus putaretur, tum auc-
 toritate, et gratiâ Luculli ab Heracliensibus
 impetravit. Data est civitas Silvani lege, et
 Carbonis, si qui fœderatis civitatibus adscrip-
 ti fuissent: si tum, cum lex ferebatur, in Italiâ
 domicilium habuissent: et si sexaginta diebus
 apud prætorem essent professi. Cum hic domi-
 cilium Romæ multos jam annos haberet,
 professus est apud prætorem, Q. Metellum,
 familiarissimum suum.

los Q. Catulos, padre, é hijo: y le honraba L. Craso: y
 teniendo trato estrecho con los Lúculos, con Druso,
 con los Octavios, y Caton, y con toda la familia de los
 Hortensios, se veia sumamente honrado y favorecido,
 tratándole con respeto no solo los que deseaban enten-
 der y oír algo, sino tambien algunos, que aparenta-
 ban tener este deseo.

En este intermedio bastante largo, habiéndose par-
 tido para la Sicilia con L. Lúculo, y viniendo de allí
 con el mismo, llegó á Heraclia; y siendo esta ciudad
 confederada de Roma con condiciones muy ventajosas,
 quiso ser connaturalizado en ella: lo que consiguió
 de los de Heraclia, así por el mérito personal, que co-
 nocian en él, como por la autoridad y favor de Lúcu-
 lo. Diósele el derecho de ciudadano romano, segun los
 artículos de la ley de Silvano y Carbon, que manda-
 ba, se admitiese á los que hubiesen sido empadrona-
 dos en ciudades confederadas, tenido domicilio en la
 Italia al tiempo de hacerse la ley, y declaradose ciu-
 dadanos ante el pretor dentro de sesenta dias. Estan-
 do este domiciliado en Roma de muchos años atras, se
 declaró ciudadano ante el pretor Q. Metelo, su íntimo
 amigo.

CONFIRMATIO : I PARS.

4. Si nihil aliud, nisi de civitate, ac lege dicimus, nihil dico amplius: causa dicta est. Quid enim horum infirmari, Grati, potest? Heraclæne esse tum adscriptum negabis? Adest vir summâ auctoritate, et religione, et fide, M. Lucullus, qui se non opinari, sed scire: non audivisse, sed vidisse: non interfuisse, sed egisse, dicit. Adsunt Heraclienses legati, nobilissimi homines: hujus judicii causâ, cum mandatis, et cum publico testimonio venerunt: qui hunc adscriptum Heracliensem dicunt.

Hic tu tabulas desideras Heracliensium publicas, quas Italico bello, incenso tabulario, interiisse scimus omnes. Est ridiculum, ad ea, quæ habemus, nihil dicere: quærere, quæ habere non possumus: et de hominum memoriâ tacere, litterarum memoriam flagitare: et, cum habeas amplissimi viri religionem, integerrimi municipii

CONFIRMACION : I PARTE.

4. Si no tratamos de otra cosa que del derecho de ciudadano, y de la ley, ya hemos concluido: ya esta hecho el alegato (2) ¿Porque qué puedes decir, Gracio, con que quites la fuerza á ninguna de estas cosas? ¿Dirás acaso que no ha sido empadronado en Heraclæa? Aquí está presente M. Lúculo, hombre de la mayor autoridad, fe, y escrupulosidad, que no dice, que piensa que es así, sino que lo sabe: que no lo oyó decir, sino que lo vió: no que se halló presente, sino que pasó el negocio por su mano. Aquí están los embajadores de Heraclæa, sugetos de la mayor distincion, que han venido con motivo de este litigio con comision, y testimonio de ella, los cuales aseguran, que este ha sido empadronado en su ciudad.

Aquí tú echas menos los instrumentos públicos de Heraclæa, los cuales todos sabemos se abrasaron en la quema del archivo en la guerra de Italia. Buena ridiculez es no responder nada á las pruebas que tenemos, y buscar las que no podemos tener: pasar por alto la memoria de los hombres, y clamar por la de las escrituras: y, teniendo la escrupulosidad de un sugeto del mayor caracter, el juramento, y testimonio de una

jusjurandum, fidemque, ea, quæ depravari nullo modo possunt, repudiare; tabulas, quas idem dicis solere corrumpi, desiderare.

At domicilium Romæ non habuit is, qui tot annis ante civitatem datam sedem omnium rerum, ac fortunarum suarum Romæ collocavit? At non est professus? Immo verò his tabulis professus, quæ solæ ex illâ professione, collegioque prætorum obtinent publicarum tabularum auctoritatem.

5. Nam, cum Appii tabulæ negligentius assertatæ dicerentur: Gabinii, quando in columis fuit, levitas; post damnationem, calamitas, omnem tabularum fidem resignasset: Metellus, homo sanctissimus, modestissimusque omnium, tantâ diligentia fuit, ut ad L. Lentulum prætorem, et ad iudices venerit, et unius nominis liturâ se commotum esse dixerit. His igitur tabulis nullam lituram in nomine Aulii Licinii videtis.

Quæ cum ita sint, quid est, quod de ejus civitate dubitetis, præsertim cum aliis quoque in civitatibus fuerit adscriptus? Ete-

ciudad municipal tan íntegra, reprobar las pruebas, que de ningun modo pueden viciarse; y querer instrumentos, que tú mismo dices que se suelen falsear.

¿Mas qué? no tuvo su domicilio en Roma quien tantos años antes de la concesion del derecho de ciudadano se estableció en esta ciudad, como en el lugar, donde tenia toda su hacienda y haberes? ¿No hizo declaracion de ser ciudadano? antes al contrario consta haberla hecho por unos instrumentos, que son los únicos, que merecen fe de instrumentos públicos desde aquella toma de posesion, y pretores.

5. Porque, diciéndose, que habia algun desenido en la custodia del archivo de Apio: y habiendo perdido todo el crédito los instrumentos por la ligereza de Gabinio antes del tiempo de su desgracia, y por esta, despues que fué condenado: Metelo, hombre ajustadísimo, y modestísimo, anduvo tan diligente, que fué á estar con el pretor L. Lentulo, y con los jueces, y les dijo el cuidado, que le daba el borron de un solo nombre. En estos instrumentos pues no veis ninguno en el de A. Licinio.

Siendo esto así, que hay que dudar de que sea ciudadano, especialmente cuando ha sido tambien empadronado en otras ciudades. Cuando se daba en la Gre-

nim, cùm mediocribus multis, et aut nullà, aut humili aliquà arte præditis, gratuito civitatem in Græciâ homines impertiebantur, Rheginos, credo, aut Locrenses, aut Neapolitanos, aut Tarentinos, quot scenicis artificibus largiri solebant, in huic, summâ ingenii prædito gloriâ, noluisse. Quid? cùm cæteri non modò post civitatem datam, sed etiam post legem Papiam aliquo modo in eorum municipiorum tabulas irrepserint, hic, qui ne utitur quidem illis, in quibus est scriptus quod semper se Heracliensem esse voluit, res, jicietur?

Census nostros requiris scilicet. Est enim obscurum, proximis censoribus hunc cum clarissimo imperatore L. Lucullo apud exercitum fuisse: superioribus cum eodem quæstore fuisse in Asia: primis, Julio et Crasso, nullam populi partem esse censam. Sed, quoniam censu non jus civitatis confirmat, ac tantummodò indicat, eum, qui sit census, ita se jam tum gessisse pro cive: iis temporibus, quæ tu criminaris, ne ipsius quidem judicio eum in civium romanorum jure esse versatum, et testa-

cia graciosamente el derecho de ciudadanos á muchos, que no eran sobresalientes, ni tenían la recomendacion de ninguna habilidad, ó solo de alguna baja, y despreciable, de creer es, que los Reginos, ó los Locrenses, ó los Napolitanos, ó los Tarentinos, habrán negado á este hombre recomendable por su tan gran talento lo que solian conceder á los cómicos. ¿Qué? Cuando los demas han entrado en algun modo subrepticamente en los padrones de estas ciudades municipales, no solo despues de la concesion de la ciudad, sino tambien despues de la ley Papia, será desechado este, que ni aun hace uso de los empadronamientos de otras ciudades, en que está alistado, pues quiso siempre ser de Heraclea.

Echas menos, ya lo veo, el que Archias no haya sido puesto en los padrones de los censores. Como si no fuera bien claro, que este en el tiempo de los próximos censores se halló en el ejército acompañando al esclarecidísimo general L. Luculo; en el de los antecedentes en el Asia con el mismo, que era cuestor á la sazón: y que en el de los primeros Julio y Craso, no se empadronó ninguna parte del pueblo. Pero, por quanto el ser empadronado no acredita el derecho de ciudadano, y solamente indica, que el que lo ha sido, hizo entonces de tal, en este mismo tiempo, en que tú dices, que ni aun por juicio suyo lo era, hizo testamento arre-

mentum sæpè fecit nostris legibus, et adiit hæreditates civium romanorum, et in beneficiis ad ærarium delatus est à L. Lucullo prætore, et consule.

CONFIRMATIO : II PARS.

Quære argumenta, si qua potes : nunquam enim hic neque suo, neque amicorum iudicio revincetur. Quæres à nobis, Grati, cur tantoperè hoc homine delectemur. Quia suppeditat nobis, ubi et animus ex hoc forensi strepitu reficiatur, et aures convicio defessæ conquiescant. An tu existimas, aut suppetere nobis posse, quod quotidie dicamus in tantâ varietate rerum, nisi animos nostros doctrinâ excolamus : aut ferre animos tantam posse contentionem, nisi eos doctrinâ eadem relaxemus? Ego verò fautor, me his studiis esse deditum. Cæteros pudeat, si qui ita se litteris abdiderunt, ut nihil possint ex his neque ad communem afferre fructum, neque in adspectum, lucemque proferre. Me autem quid pudeat, qui tot annos ita vivo, iudices, ut ab nul-

glado à nuestras leyes, heredó à ciudadanos romanos, y fué puesto en la lista de los beneméritos (5) para obtener pension por L. Luculo, así en el tiempo en que este fué pretor, como en el que fué consul.

CONFIRMACION : II PARTE.

6. Busca razones, discurre, si puedes, algo, que replicar : porque jamas este será convencido ni por su juicio, ni por el de sus amigos. Preguntarásnos, Gratio, porque gustamos tanto de este hombre. Porque nos suministra con que reparar el ánimo de este ruido del foro, y dar descanso à los oidos cansados de su voceria. ¿Qué? piensas tú que podríamos tener que decir todos los dias en tanta variedad de asuntos, si le faltara à nuestro entendimiento el cultivo de la lectura, y estudio : ó que podríamos llevar tanto trabajo à no darle algun desahogo con él? Yo por mí confieso, que me he dedicado à estos estudios. Averguencense en hora buena de confesarlo los que de tal manera se hayan retirado à los suyos, que en nada pueden contribuir con ellos al bien comun, ni puedan sacar de ellos nada à la luz pública. Mas yo porqué me he de avergonzar, cuando tantos años ha que vivo, jueces, de manera que nunca por atender à mis intereses, ó descanso,

mentum sæpè fecit nostris legibus, et adiit hæreditates civium romanorum, et in beneficiis ad ærarium delatus est à L. Lucullo prætorè, et consule.

CONFIRMATIO : II PARS.

Quære argumenta, si qua potes : nunquam enim hic neque suo, neque amicorum iudicio revincetur. Quæres à nobis, Grati, cur tantoperè hoc homine delectemur. Quia suppeditat nobis, ubi et animus ex hoc forensi strepitu reficiatur, et aures convicio defessæ conquiescant. An tu existimas, aut suppetere nobis posse, quod quotidie dicamus in tantâ varietate rerum, nisi animos nostros doctrinâ excolamus : aut ferre animos tantam posse contentionem, nisi eos doctrinâ eadem relaxemus? Ego verò fautor, me his studiis esse deditum. Cæteros pudeat, si qui ita se litteris abdiderunt, ut nihil possint ex his neque ad communem afferre fructum, neque in adspectum, lucemque proferre. Me autem quid pudeat, qui tot annos ita vivo, iudices, ut ab nul-

glado à nuestras leyes, heredó à ciudadanos romanos, y fué puesto en la lista de los beneméritos (5) para obtener pension por L. Luculo, así en el tiempo en que este fué pretor, como en el que fué consul.

CONFIRMACION : II PARTE.

6. Busca razones, discurre, si puedes, algo, que replicar : porque jamas este será convencido ni por su juicio, ni por el de sus amigos. Preguntarásnos, Gratio, porque gustamos tanto de este hombre. Porque nos suministra con que reparar el ánimo de este ruido del foro, y dar descanso à los oidos cansados de su voceria. ¿Qué? piensas tú que podríamos tener que decir todos los días en tanta variedad de asuntos, si le faltara à nuestro entendimiento el cultivo de la lectura, y estudio : ó que podríamos llevar tanto trabajo à no darle algun desahogo con él? Yo por mí confieso, que me he dedicado à estos estudios. Averguencense en hora buena de confesarlo los que de tal manera se hayan retirado à los suyos, que en nada pueden contribuir con ellos al bien comun, ni puedan sacar de ellos nada à la luz pública. Mas yo porqué me he de avergonzar, cuando tantos años ha que vivo, jueces, de manera que nunca por atender à mis intereses, ó descanso,

lius unquam me tempore aut commodum, aut otium meum abstraxerit, aut voluptas avocarit, aut denique somnus retardarit? Quare quis tandem me reprehendat, aut quis mihi jure succenseat, si, quantum cæteris ad suas res obeundas, quantum ad festos dies ludorum celebrandos, quantum ad alias voluptates, et ad ipsam requiem animi, et corporis conceditur temporis, quantum alii tribuunt tempestivis conviviis, quantum denique alexæ, quantum pilæ: tantum mihi egomet ad hæc studia recollenda sumpsero? Atque hæc adeo mihi concedendum est magis, quod ex his studiis hæc quoque censetur oratio, et facultas, quæ quantacumque est in me, nunquam amicorum periculis defuit. Quæ si cui levior videtur, illa quidem certè, quæ summa sunt, ex quo fonte hauriam, sentio. Nam, nisi multorum præceptis, multisque litteris mihi ab adolescentiâ suasissem, nihil esse in vitâ magnopere expetendum, nisi laudem, atque honestatem: in ea autem persequenda omnes cruciatus corporis, omnia pericula mortis, atque exilii parvi esse ducenda: nunquam me pro salute

lice falta á ninguno, que me necesitase, jamas el delecte me impidió, ó el sueño me hizo llegar tarde al socorro del afligido? Por lo qual quien me podrá reprehender, ó censurar con razon, porque el tiempo, que se concede á los demas para cuidar de sus negocios, para la celebracion de los dias de espectáculos, para otras diversiones, y para el mismo descanso de alma, y cuerpo, y el que otros gastan en convites á sus tiempos, en los dados, en la pelota: ¿porqué este tiempo digo me lo tome yo para repasar estos estudios? Y tanto mas se me debe dar esta licencia, quanto estudios dan tambien estimacion á mi facultad oratoria, la qual, tal qual yo la poseo, siempre estuvo pronta á acudir á las necesidades de los amigos. Y, si alguno tiene á esta por de poco momento, yo sé muy bien de donde saco las cosas mas realizadas. Porque, si no estuviera yo persuadido desde mi juventud por los preceptos de muchos, y por muchas obras, que he leído, de que nada hay, que debamos desear con ahinco en esta vida fuera de la alabanza y virtud: y que á trueque de conseguirlas no se debe hacer caso de ningun tormento corporal, ni de ningun riesgo de muerte, destierro: nunca me hubiera metido por salvaros en tantas y tan terribles peleas, ni en estos choques cotidianos con la gente perdida. Mas están llenos los libros, están llenas las sentencias de los sabios, y la antigüe-

vestrá in tot, ac tantas dimicationes, atque in hos profligatorum hominum quotidianos impetus objecissem. Sed pleni omnes sunt libri, plenæ sapientium voces, plena exemplorum vetustas : quæ jacerent in tenebris omnia, nisi litterarum lumen accederet. Quàm multas nobis imagines, non solùm ad intuendum, verùm etiam ad imitandum, fortissimorum virorum expressas scriptores et græci, et latini reliquerunt? quas ego mihi semper in administrandâ republicâ proponens, animum, et mentem meam ipsa cogitatione hominum excellentium conformabam.

7. Quæret quæpiam, quid? illi ipsi summi viri, quorum virtutes litteris proditæ sunt, istâne doctrinâ, quam tu laudibus effers, eruditi fuerunt? Difficile est hoc de omnibus confirmare. Sed tamen est certum, quid respondeam. Ego multos homines excellenti animo, ac virtute fuisse, et sine doctrinâ, naturæ ipsius habitu propè divino, per seipos, et moderatos, et graves existisse fateor. Etiam illud adjungo, sæpius ad laudem, atque virtutem naturam sine doctrinâ, quàm sine naturâ valuisse doc-

dad está llena de ejemplos, que estarian sepultados en tinieblas, si nos faltara la luz de las letras. Cuantos diseños de varones fortísimos nos han dejado los escritores griegos y latinos, en que tuviésemos no solo que contemplar, sino tambien que imitar? los cuales poniéndome yo siempre delante de los ojos, andando en el manejo de los negocios de la república, conformaba mi ánimo y entendimiento con aquella idea, que tenia de los hombres grandes.

7. ¿Dirá alguno, pues qué? aquellos mismos hombres grandes, cuyas virtudes se han eternizado en los libros, han tenido esa instruccion, que tu tanto alabas? Es difícil asegurar esto de todos. Pero sin embargo no me falta que responder. Yo confieso que hubo muchos hombres de una grande alma y virtud, y que sin instruccion, á favor de las disposiciones de su mismo natural casi divinas, fueron por sí mismos moderados y graves. Aun digo mas, que mas veces ha valido para la gloria y virtud el natural sin instruccion, que la instruccion sin natural. Mas tambien me empeño en que, cuando á un natural sobresaliente y ele-

trinam. Atque idem ego contendo, cum ad naturam eximiam atque illustrem accesserit ratio quædam, conformatioque doctrinæ, tum illud nescio quid præclarum, ac singulare solere existere. Ex hoc esse hunc numero, quem patres nostri viderunt, divinum hominem Africanum; ex hoc C. Lælium, L. Furium, moderatissimos homines, et continentissimos; ex hoc fortissimum virum et illis temporibus doctissimum, M. Catonem illum senem: qui profectò, si nihil ad percipiendam, colendamque virtutem litteris adjuvarentur, nunquam se ad earum studium contulissent.

Quod si non hic tantus fructus ostenderetur, et si iis studiis delectatio sola peteretur; tamen, ut opinor, hanc animi remissionem, humanissimam, ac liberalissimam judicaretis. Nam cæteræ neque temporum sunt, neque etatum omnium, neque locorum. Hæc studia adolescentiam alunt, senectutem oblectant, secunda res ornant, adversis per fugium ac solatium præbent, delectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur. Quod si ipsi hæc nec attingere, neque

vado, se allega un cierto modo y temperamento, que dan las letras, entonces suele salir un no sé qué de sobresaliente, y nada comun. Uno de estos fué este hombre divino, que alcanzaron nuestros padres, el Africano: de estos fueron C. Lelio y L. Furio, hombres moderados y templados en sumo grado: de estos M. Caton el viejo, varon esforzadísimo, y el mas docto de aquellos tiempos: los cuales seguramente, si ningun auxilio hallasen en las letras para conseguir, y conservar la virtud, nunca se hubieran dado á su estudio.

Y aun quando no se descubriese esta tan grande utilidad, y solo se pretendiese en estos estudios el entretenimiento, juzgariais sin embargo, si no me engaño, este desahogo del ánimo por muy propio de un hombre, y de un noble. Porque los demas ni son para todos tiempos, ni para todas edades y lugares. Estos estudios alimentan á los jóvenes, deleitan á los viejos, dan lustre á la prosperidad, y en la adversidad sirven de asilo y consuelo, deleitan en casa, no sirven de embarazo fuera, con nosotros duermen, viajan, y van al campo. Y aun quando no pudiésemos nosotros saludar estos estudios, ni percibir nada de ellos, deberiamos

sensu nostro gustare possemus, tamen ea mirari deberemus, etiam cum in aliis videremus.

8. Quis nostrum tam animo agresti, ac duro fuit, ut Roscii morte nuper non commoveretur? Qui cum esset senex mortuus, tamen propter excellentem artem, ac venustatem videbatur omnino mori non debuisse. Ergo ille corporis motu tantum amorem sibi conciliarat a nobis omnibus, nos animorum incredibiles motus, celeritatemque ingeniorum negligemus? Quoties ego hunc Archiam vidi, iudices (utar enim vestram benignitate, quoniam me in hoc novo genere dicendi tam diligenter attenditis), quoties ego hunc vidi, cum litteram scripsisset nullam, magnum numerum optimorum versuum de his ipsis rebus, quae tum agerentur, dicere ex tempore? Quoties revocatum eandem rem dicere, commutatis verbis atque sententiis? Quae vero accurate, cogitateque scripsisset, ea sic vidi probari, ut ad veterum scriptorum laudem pervenirent. Hunc non ego diligam? non admirer? non omni ratione defendendum putem? Atqui sic a summis hominibus, eru-

sin embargo admirarlos, aun viéndolos en otros.

8. Quien hubo entre todos nosotros de un alma tan dura y grosera, que no sintiese los dias pasados la muerte de Roscio? que sin embargo de haber muerto viejo, con todo parecia, que debia ser inmortal por su mucha gracia, y la escelencia, con que poseia su arte. Luego este con el movimiento de su cuerpo nos habia robado las voluntades a todos, y nosotros hemos de despreciar los increíbles movimientos de los ánimos, y la prontitud de los ingenios? Cuantas veces he visto yo a este Archias, jueces (porque me quiero aprovechar del favor, que me haceis, oyéndome con tanta atención hablar en este nuevo estilo), cuantas veces, digo, vi yo a este hacer de repente, sin haber escrito una letra, un gran número de versos escelentes sobre aquellas mismas cosas, que se estaban tratando. Cuantas, mandándole repetir, decir lo mismo con otras palabras y sentencias? Mas lo que habia escrito con cuidado y esmero, eso lo vi aprobar en términos de igualarle a los antiguos escritores. Y no he de amar yo a un sugeto, como este? ¿no le he de admirar? ¿no he de pensar en defenderle por todos los caminos posibles? Y es así, que, como nos dicen los hombres mas grandes y eruditos, las otras facultades se aprenden

ditissimisque accepimus, cæterarum rerum studia et doctrinâ, et præceptis, et arte constare; poetam naturâ ipsâ valere, et mentis viribus excitari, et quasi divino quodam spiritu afflari. Quare suo jure noster ille Ennius sanctos appellat poetas, quòd quasi deorum aliquo dono, atque munere commendati nobis esse videantur.

Sit igitur, judices, sanctum apud vos, humanissimos homines, hoc poetæ nomen, quod nulla unquàm barbaria violavit. Saxa et solitudines voci respondent; bestię sæpè immanes cantu flectuntur, atque consistunt; nos instituti rebus optimis non poetarum voce moveamur? Homerum Colophonii civem esse dicunt suum, Chii suum vindicant, Salaminii repetunt, Smyrnæi verò suum esse confirmant. Itaque etiam delubrum ejus in oppido dedicaverunt. Permulti alii præterea pugnant inter se, atque contendunt.

9. Ergò illi alienum, quia poeta fuit post mortem etiam expetunt; nos hunc vivum, qui et voluntate et legibus noster est, repudiabimus? Præsertim, cum omne olim studium, atque omne ingenium contulerit

con la instruccion, preceptos, y arte; mas que el poeta nace, el fuego del entendimiento le escita, y como que le inspira un espíritu divino. Y así tiene derecho aquel nuestro Enio para llamar sagrados á los poetas, porque parecen recomendados á nosotros, como dádiva, y gracia celestial.

Sea pues, ó juecés, sagrado para vosotros, que sois tan humanos, este nombre de poeta, que ninguna nacion bárbara dejó jamas de respetar. Los peñascos y soledad responden á la voz de los poetas; á las fieras muchas veces el canto hace impresion, y para: y vosotros impuestos en la mejor disciplina no nos dejaremos mover de la voz de los poetas? Los Colophonios dicen, que es su paisano Homero: los Chios le reclaman por suyo: los Saminios le piden como propio: y los Smirneos alegan razones fuertes para probar, que es suyo: y así le dedicaron un templo en la ciudad. Otros muchísimos ademas de estos disputan, y litigan entre sí sobre lo mismo.

9. ¿Pues qué? estos han de querer por suyo aun despues de muerto á un extranjero, porque fué poeta: y nosotros hemos de desechar á este, que es nuestro de su voluntad, y por las leyes? Especialmente cuando todo su estudio, y todo su talento empleó en otro

Archias ad populi Romani gloriam, laudemque celebrandam? Nam, et Cimbricas res adolescens attigit, et ipsi illi C. Mario, qui durior ad hæc studia videbatur, jucundus fuit. Neque enim quisquam est tam aversus à Musis, qui non mandari versibus æternum suorum laborem facilè præconium patiat. Themistoclem illum, summum Athenis virum, dixisse aiunt, cùm ex eo quæreretur, quod acroama, aut cujus vocem libentissimè audiret: *ejus à quo sua virtus optimè prædicaretur*. Itaque ille Marius item eximiè L. Plotium dilexit, cujus ingenio putabat ea, quæ gesserat, posse celebrari.

Mithridaticum verò bellum magnum atque difficile, et in multâ varietate terrâ, marique versatum, totum ab hoc expressum est; qui libri non modò L. Lucullum, fortissimum et clarissimum virum, verùm etiam populi Romani nomen illustrent. Populus enim Romanus aperuit, Lucullo imperante, Pontum, et regniis quondam opibus, et ipsâ naturâ regionis vallatum; populi romani exercitus, eodem duce, non maximâ manu innumerabiles Armeniorum

tiempo Archias en celebrar las glorias del pueblo Romano. Porque en su juventud comenzó la guerra Cimbrica, en que gustó al mismo C. Mario, que parecia tener muy poco gusto en estos estudios. Porque ninguno hay tan reñido con las Musas, que no lleve á bien, que se eternicen en los versos sus alabanzas. De aquel Temistocles, el mayor hombre, que tuvo Atenas, cuentan, que dijo, preguntándole, qué musica, ó qué voz oíría con mas gusto, *que la de aquel, que mas bien elogiase su valor*. Y así el mismo Mario tambien hizo mucho aprecio de L. Plotio, por parecerle, que podia celebrar con su ingenio sus hazañas.

Mas la guerra contra Mitridates grande y trabajosa, hecha por mar y tierra con mucha variedad de sucesos, toda la tiene este escrita en verso: la cual obra no solo ilustra al valerosísimo y esclarecidísimo varon L. Luculo, sino tambien el nombre del pueblo romano. Porque el pueblo romano es el que penetró á las órdenes del general Luculo en el Ponto, que el poder de los antiguos reyes y la naturaleza, tenían por todas partes cerrado, y con un ejército no muy grande mandado por el mismo Luculo derrotó las innumerables tropas de los Armenios: gloria es del pueblo romano

copias fudit; populi Romani laus est, urbem amicissimam Cyzicenorum ejusdem consilio ex omni impetu regio, ac totius belli ore, ac faucibus ereptam esse, atque servatam; nostra semper feretur, et prædicabitur, L. Lucullo dimicante, cum interceptis ducibus depressa hostium classis, et incredibilis apud Tenedum pugna illa navalis; nostra sunt trophæa, nostra monumenta, nostri triumphus. Quare, quorum ingenii hæc feruntur, ab his populi romani fama celebratur. Carus fuit Africano superiori noster Ennius; itaque etiam in sepulchro Scipionis putatur is esse constitutus è marmore. At iis laudibus certè non solum ipsi qui laudantur, sed etiam populi romani nomen ornatur. In cælum hujus proavus Cato tollitur; magnus honos populi romani rebus adjungitur. Omnes denique illi Maximi, Marcelli, Fulvii, non sine communi omnium nostrum laude decorantur.

10. Ergo illum, qui hæc fecerat, Rudium hominem, majores nostri in civitatem receperunt; nos hunc Heracliensem, multis civitatibus expetitur, in hanc autem legibus

haber salvado y libertado por la prudencia del mismo de toda la furia del rey, y del mayor peligro, y riesgo la ciudad de los Cyzicenos muy amiga nuestra: por nuestra se contará y celebrará siempre la increíble batalla naval junto á Tenedos, en que Lúculo echó á fondo la armada enemiga con muerte de sus capitanes: nuestros son estos trofeos, nuestros estos monumentos, nuestros estos triunfos. Por lo qual los ingenios, que toman estos asuntos, celebran el nombre del pueblo romano. Fué muy amado de Africano primero nuestro Enio, y así se cree que está esculpido de marmol en el sepulchro de los Escipiones. Mas sus alabanzas no solamente celebran á los que él elogia, sino tambien al pueblo romano. Se pone en las nubes á Caton, bisabuelo de este: de aqui resulta gran gloria al mismo pueblo. Finalmente todos los Maximos, Marcelos, y Fulvios no son celebrados sin comun gloria de todos nosotros.

10. Con que á aquel, que habia hecho esto, siendo de Rudia, recibieron nuestros mayores por ciudadano; y nosotros á este de Heraclia, deseado de muchas ciudades, y establecido en la nuestra por las leyes, le he-

constitutum, de nostrâ civitate ejiciemus? Nam, si quis minorem gloriæ fructum putat ex græcis versibus percipi, quàm ex latinis, vehementer errat; propterea quòd græca leguntur in omnibus ferè gentibus, latina suis finibus, exiguis sanè continentur. Quare, si res hæ, quas gessimus, orbis terræ regionibus definiuntur, cupere debemus, quò minus manuum nostrarum tela pervenerint, eodem gloriam, famamque penetrare; quòd cum ipsis populis, de quorum rebus scribitur, hæc ampla sunt; tùm iis certè, qui de vitâ gloriæ causâ dimicant, hoc maximum et periculorum incitamentum est, et laborum.

Quàm multos scriptores rerum suarum magnus ille Alexander secum habuisse dicitur? Atque is tamen, cùm in Sigæo ad Achillis tumulum stitisset: *O fortunate, inquit, adolescens, qui tuæ virtutis Homerum præconem inveneris!* et verè. Nam, nisi Ilias illa extitisset, idem tumulus, qui corpus ejus contexerat, nomen etiam obruisset. Quid? noster hic magnus, qui cum virtute fortunam adæquavit, nonne Teophanem mitylenæum scriptorem rerum suarum in

mos de echar fuera? Porque, si alguno está en la inteligencia de que no den tanta gloria los versos griegos, como los latinos, está muy equivocado: porque las obras griegas se leen casi en todas las naciones, cuando las latinas están reducidas á los términos de Lacio, que verdaderamente son estrechos. Por lo cual si nuestras hazañas no reconocen otro término, que el mismo mundo, debemos desear que llegue la gloria y fama hasta donde llegaron nuestras armas: lo que además de dar mucho honor á los mismos pueblos, cuyas hazañas se escriben, es ciertamente para los que arriesgan la vida por la gloria, el mayor incentivo para esponerse á riesgos y trabajos.

¿Cuan gran número de escritores de sus hazañas dicen que tuvo consigo Alejandro el grande? Y sin embargo, estando junto al sepulcro de Aquiles en el promontorio Sigæo, esclamó diciendo: *¡O joven afortunado, que lograste un Homero, que celebrase tu valor!* Y dijo bien. Porque, si no fuera por aquella Iliada, en el mismo sepulcro, en que se sepultó su cuerpo, hubiera tambien quedado sepultado su nombre. Mas: este nuestro grande, en quien corrieron parejas la fortuna, y el valor, no dió el derecho de ciudadano en una junta de sus soldados á Theophanes, natural de

concione militum civitate donavit? Et nostri illi fortes viri, sed rustici, ac milites, dulcedine quâdam gloriæ commoti, quasi participes ejusdem laudis, magno illud clamore approbaverunt.

Itaque credo, si civis Romanus Archias legibus non esset, ut ab aliquo imperatore civitate donaretur, perficere non potuit. Sylla, cum Hispanos et Gallos donaret, credo, hunc petentem repudiasset; quem nos in concione vidimus, cum ei libellum malus poeta de populo subjecisset, quod epigramma in eum fecisset tantummodo alternatis versibus longiusculis, statim ex iis rebus, quas tunc vendebat, jubere ei præmium tribui sub eâ conditione, *ne quid postea scriberet*. Qui sedulitatem mali poetæ duxerit aliquo tamen præmio dignam, hujus ingenium, et virtutem in scribendo, et copiam non expetisset? Quid? à Q. Metello Pio, familiarissimo suo, qui civitate multos donavit, neque per se, neque per Lucillos impetravisset? Qui præsertim usque eò de suis rebus scribi cuperet, ut etiam Cordubæ natis poetis, pingue quiddam sonantibus, atque peregrinum, tamen aures suas dederet.

Mitylene, escritor de sus hazañas? Y aquellos hombres valerosos, aun rústicos, y militares, halagados de la dulzura de la gloria, mostraron su aprobacion con grandes voces, como que tenian parte en las alabanzas de su general.

Y así creible es, que, acaso que no fuese Archias ciudadano Romano par las leyes, no haya podido conseguir esta gracia de algun general. Sila, que la concedia á Españoles y Franceses, hubiera dado repulsa, si por cierto, á este pretendiente, cuando en una junta del pueblo, en que un mal poeta de los vulgares le presentó un epigrama con unos versos elegiacos en su alabanza, le vimos mandarle dar al punto el premio de aquellas mismas cosas, que entonces estaba vendiendo, bajo la condicion *de no volver á escribir mas*. El que tuvo por acreedor á algun premio el trabajo de un mal poeta, no hubiera deseado el ingenio, valentia en escribir, y afluencia de este? ¿Qué? de su intimo amigo Q. Metelo, que á muchos dió el derecho de ciudadanos, ni por sí mismo, ni por los Lúculos lo hubiera conseguido? particularmente cuando deseaba en tanto extremo que se escribiese de sus cosas, que le gustaban (4) aun los poetas de Córdoba, en cuya pronunciaci6n habia cierta groseria y barbarie.

11. Neque enim est hoc dissimulandum quod obscurari non potest, sed præ nobis ferendum; trahimur omnes laudis studio; et optimus quisque maximè gloriâ ducitur. Ipsi illi philosophi, etiam illis libellis, quos de contemendâ gloriâ inscribunt, nomen suum inscribunt; in eo ipso, in quo prædicationem, nobilitatemque despiciunt, prædicari de se, ac nominari volunt. Decimus quidem Brutus summus ille vir, et imperator Accii amicissimi sui carminibus templorum ac monumentorum aditus exornavit suorum. Jam verò ille, qui cum Ætolis, Ennio comite, bellavit, Fulvius, non dubitavit Martis mannubias Musis consecrare. Quare, in quâ urbe imperatores propè armati poetarum nomen, et Musarum delubra coluerunt, in eâ non debent togati iudices à Musarum honore et à poetarum salute abhorrere.

Atque, ut id libentiùs faciatis, jam me vobis, iudices, indicabo, et de meo quodam amore gloriæ, nimis acri fortassè, verumtamen honesto, vobis confitebor. Nam, quas res non in consulatu nostro vobiscum simul pro salute hujus urbis atque imperii, et

41. Porque no hay para que disimular lo que no se puede encubrir; sino que lo debemos confesar abiertamente: à todos lleva tras sí el deseo de la alabanza; y cuanto uno es mejor, tanto mayor es el influjo de la gloria en él. Los mismos filósofos, aun en aquellos libros que intitulan del desprecio de la gloria, ponen en la fachada su nombre: en lo mismo, en que desprecian los elogios y la fama, quieren alcanzar alabanza y nombre. Decimo Bruto, aquel grande hombre, y general consumado, puso los versos de su íntimo amigo Acio por adorno en la entrada de sus templos y edificios, en que perpetuó su memoria. Aquel Fulvio, que hizo guerra à los Etolos, teniendo en su compañía à Enio, no dudó consagrar à las Musas los despojos de Marte. Por lo qual en una ciudad, en que los generales, casi con las armas en la mano, respetaron el nombre de los poetas, y los templos de las Musas, no es razon que los jueces togados deben de dar honor à estas, y de atender al bien de los poetas?

Y para que lo hagais con mas gusto, voy à descubrir, jueces, mi corazon, y à confesaros un cierto deseo de alabanza, y fama, que tengo, que acaso es demasiado vehemente, mas sin embargo bueno. Es el caso, que cuanto yo hice en mi consulado juntamente con vosotros por la conservacion de esta ciudad,

pro vitâ civium, proque universâ republicâ gessimus, attigit hic versibus, atque inchoavit; quibus auditis, quòd mihi magnares, et jucunda visa est, hunc ad perficiendum hortatus sum. Nullam enim virtus aliam mercedem laborum, periculorumque desiderat præter hanc laudis, et gloriæ; quâ quidem detractâ, judices, quid est, quod in hoc tam exiguo vitæ curriculo, et tam brevi, tantis nos in laboribus exerceamus?

Certè, si nihil animus præsentiret in posterum, et si, quibus regionibus vitæ spatium circumscriptum est, eisdem omnes cogitationes terminaret suas; nec tantis se laboribus frangeret, neque tot curis vigilisque angeretur, neque toties de vita ipsa dimicaret: Nunc insidet quædam in optimo quoque virtus, quæ noctes et dies animum gloriæ stimulis concitat, atque admonet, non cum vitæ tempore esse dimittendam commemorationem nominis nostri, sed cum omni posteritate adæquandam.

An verò tam parvi animi videamur esse omnes, qui in republica, atque in his vitæ periculis, laboribusque versamur, ut, cum

é imperio, por la vida de los ciudadanos, y por toda la república, comenzó este á escribir en verso; y habiéndoseme leído esta obra, porque me pareció cosa grande y gustosa, le exhorté á que la llevase al cabo. Porque ninguna otra recompensa pretende la virtud de sus trabajos y riesgos, fuera de esta de la alabanza y gloria: y si esta se quita, jueces, qué motivo tendremos para atormentarnos con tantos trabajos, siendo tan pequeño y corto el espacio de nuestra vida?

Ciertamente, si nada esperase el alma para en adelante, y si terminase todos sus pensamientos en los mismos términos, en que lo está esta vida presente: ni se fatigaría con tantos trabajos, ni se molestaría con tantos cuidados y desvelos, ni tantas veces se espondría la vida á riesgo. Mas reside en todos los hombres grandes cierta fuerza que día y noche está estimulando al alma á la gloria, y advirtiéndola que no se ha de acabar la memoria de nosotros con nuestra vida, sino que ha de durar para siempre.

Acaso hemos de parecer de tan poco ánimo todos los que andamos en el manejo de la república, y en estos riesgos de la vida y trabajos, que no habiendo respira-

usque ad extremum spatium nullum tranquillum, atque otiosum, spiritum duxerimus, nobiscum simul moritura omnia arbitremur? An, cum statuas et imagines, non animorum simulacra, sed corporum, studiosè multi summi homines reliquerint; consiliorum relinquere, ac virtutum nostrarum effigiem nonne multò malle debemus summis ingeniis expressam, et politam? Ego verò omnia, quæ gerebam, jam tum in gerendo spargere me, ac disseminare arbitrabar in orbis terræ memoriam sempiternam. Hæc verò sive à meo sensu post mortem abfutura est, sive, ut sapientissimi homines putaverunt, ad aliquam mei partem pertinebit; nunc quidem certè cogitatione quâdam, speque delector.

EPILOGUS.

12. Quare conservate, iudices, hominem pudore eo, quem amicorum videtis comprobari tum dignitate, tum etiam vetustate; ingenio autem tanto, quantum id convenit existimari, quòd summorum hominum in-

do siquiera una vez con tranquilidad y sosiego hasta el fin de ella, juzguemos, que todo se ha de acabar con nosotros? Por ventura, cuando muchos hombres grandes han cuidado mucho de dejar estatuas é imágenes, que nos representan sus cuerpos, no las almas; no debemos nosotros querer mucho mas dejar un retrato de nuestra prudencia y virtud, sacado, y perfeccionado por los mayores ingenios? Pues yo, en cuanto hacia, entonces mismo cuando lo hacia, pensaba que lo divulgaba y publicaba para perpetua memoria de todo el mundo. Y ó bien no haya de saber yo despues de muerto de esta memoria, ó bien haya de pertenecer á alguna parte de mi alma, como sintieron hombres muy sabios: lo cierto es que ahora me dan gusto ciertos pensamientos y esperanzas, que de esto tengo.

EPILOGO.

12. Por tanto conservad, jueces, á un hombre de tanta honradez, como veis que acredita así la dignidad de sus amigos, como la duración de su amistad; de talentos tan sobresalientes, como se debe juzgar en vista de que es tan deseado de los ingenios de los ma-

usque ad extremum spatium nullum tranquillum, atque otiosum, spiritum duxerimus, nobiscum simul moritura omnia arbitremur? An, cum statuas et imagines, non animorum simulacra, sed corporum, studiosè multi summi homines reliquerint; consiliorum relinquere, ac virtutum nostrarum effigiem nonne multò malle debemus summis ingeniis expressam, et politam? Ego verò omnia, quæ gerebam, jam tum in gerendo spargere me, ac disseminare arbitrabar in orbis terræ memoriam sempiternam. Hæc verò sive à meo sensu post mortem abfutura est, sive, ut sapientissimi homines putaverunt, ad aliquam mei partem pertinebit; nunc quidem certè cogitatione quâdam, speque delector.

EPILOGUS.

12. Quare conservate, iudices, hominem pudore eo, quem amicorum videtis comprobari tum dignitate, tum etiam vetustate; ingenio autem tanto, quantum id convenit existimari, quòd summorum hominum in-

do siquiera una vez con tranquilidad y sosiego hasta el fin de ella, juzguemos, que todo se ha de acabar con nosotros? Por ventura, cuando muchos hombres grandes han cuidado mucho de dejar estatuas é imágenes, que nos representan sus cuerpos, no las almas; no debemos nosotros querer mucho mas dejar un retrato de nuestra prudencia y virtud, sacado, y perfeccionado por los mayores ingenios? Pues yo, en cuanto hacia, entonces mismo cuando lo hacia, pensaba que lo divulgaba y publicaba para perpetua memoria de todo el mundo. Y ó bien no haya de saber yo despues de muerto de esta memoria, ó bien haya de pertenecer á alguna parte de mi alma, como sintieron hombres muy sabios: lo cierto es que ahora me dan gusto ciertos pensamientos y esperanzas, que de esto tengo.

EPILOGO.

12. Por tanto conservad, jueces, á un hombre de tanta honradez, como veis que acredita así la dignidad de sus amigos, como la duración de su amistad; de talentos tan sobresalientes, como se debe juzgar en vista de que es tan deseado de los ingenios de los ma-

geniis expetitur esse videatis; causâ verò ejusmodi, quæ beneficio legis, auctoritate municipii, testimonio Luculli, tabulis Metelli comprobetur. Quæ cum ita sint, petimus à vobis, iudices, si qua non modò humana, verùm etiam divina in tantis negotiis commendatio debet esse, ut eum, qui vos, qui vestros imperatores, qui populi romani res gestas semper ornavit; qui etiam his recentibus nostris, vestrisque domesticis periculis æternum se testimonium laudum daturum esse profitetur; quique est eo numero, qui semper apud omnes sancti sunt habiti, atque dicti; sic in vestram accipiat fidem, ut humanitate vestrâ levatus potius, quàm acerbitate violatus esse videatur. Quæ de causâ pro meâ consuetudine breviter, simpliciterque dixi, iudices, ea confido probata esse omnibus; quæ non fori, neque judiciali consuetudine et de hominis ingenio, et communiter de ipsius studio locutus sum, ea, iudices, à vobis spero esse in bonam partem accepta; ab eo, qui iudicium exercet, certè scio.

yores hombres; y en un pleito como este, que justifican el beneficio de la ley, la autoridad de una ciudad municipal, el testimonio de Lúculo, y los padrones de Metelo. Lo cual siendo así, os pedimos, jueces, si en negocios de tanta monta debe tener lugar alguna recomendacion, no solo de los hombres; sino tambien de los dioses, que recibais bajo de vuestro amparo á un hombre, que siempre trabajó por vuestra gloria, por la de vuestros generales, y por la del pueblo romano que tambien se ofrece á dar un eterno testimonio de la que nos merecen estos recientes peligros domésticos, en que vosotros, y yo nos hemos hallado: y que es uno de aquellos, que siempre entre todas las naciones han sido tenidos, y llamados sagrados: y que lo hagais de manera que antes parezca que le ha aliviado vuestra humanidad, que violado vuestro rigor. Quanto dije sobre el pleito con brevedad y sencillez, segun mi costumbre, confio, jueces, que habrá merecido la aprobacion de todos: lo que hablé no segun la práctica del foro, ni de los juicios, así sobre el ingenio de Archias, como en comun sobre el estudio de el mismo, espero, jueces, que lo habreis tomado á buena parte: del que preside lo sé de cierto.



ORACION

DESPUES


DE LA VUELTA AL PUEBLO.

ARGUMENTO.

Habiendo Ciceron hecho dar muerte en su consulado á algunos de los cómplices en la conjuracion de Catilina en la carcel, y sin ser antes condenados, por éstos le hizo tiro Clodio, tribuno de la plebe, su mortal enemigo, y logró con violencia que se aceptara la ley, que propuso al pueblo, en que ademas de otras penas se vedaba dar á Ciceron ningun socorro, *igni, et aqua interdicebatur*, con lo que le era preciso irse desterrado. Así lo hizo, y habiendolo estado diez y siete meses, fué restituído á la ciudad en el consulado de P. Lentulo Espinter, y Q. Metelo Nepote, año de la fundacion de Roma de 696. Da pues en esta oracion las gracias al pueblo Romano de su restablecimiento.


UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS



EXORDIUM.

Quod precatus à Jove Optimo Maximo, cæterisque diis immortalibus sum, Quirites, eo tempore, cùm me, fortunasque meas pro vestrà incolumitate, otio, concordiaque devovi, ut, si meas rationes unquam vestrà saluti anteposuissem, sempiternam pœnam sustinerem meâ voluntate susceptam: sin et ea, quæ antè gesseram, conservandæ civitatis causâ gessissem, et illam miseram profectionem vestrà salutis gratiâ suscepissem, ut quod odium scelerati homines, et audaces in rempublicam, et in omnes bonos conceptum jamdiù continerent, id in me unum potiùs, quàm in optimum quemque, et in universam rempublicam deflenderet; hoc si animo in vos, liberosque vestros fuisset, ut aliquando vos, patres conscriptos, Italiamque universam, memoria meâ, misericordia, desiderumque teneret:



EXORDIO.

Muchísimo me alegro, Caballeros Romanos, de ver que por sentencia de los Dioses inmortales, por el testimonio del senado, por el unánime sentir de toda Italia, por confesion de mis enemigos, y por vuestro divino é inmortal beneficio, estoy convencido de haber sido oida aquella súplica, que hice á Júpiter Optimo Maximo, y á los demas Dioses inmortales, quando me sacrificué con todos mis haberes por vuestra salud, paz y concordia; de que, si alguna vez habia yo antepuesto mis intereses á vuestra salud, sufriese para siempre aquel castigo, que tomaba voluntariamente: mas, si quanto habia hecho antes, todo habia sido por conservar la ciudad, y si habia abrazado aquel triste destierro por salvaros á vosotros, para que el odio, que los malvados, y audaces tenian concebido contra la república, y todos los buenos, recayese sobre mí antes que sobre ningun buen ciudadano, ó sobre el Estado; si esta habia sido la disposicion de mi ánimo para con vosotros, y vuestros hijos, que algun dia vo-

ejus devotionis me esse convictum iudicio deorum immortalium, testimonio senatûs, consensu Italiae, confessione inimicorum, beneficio divino, immortalique vestro, maximè lætor, Quirites. Et, si homini nihil est magis optandum, quàm prospera, æquabilis, perpetuaque fortuna, secundo vite sine ullâ offensione cursu: tamen, si mi tranquilla, et placata omnia fuissent, incredibili quâdam, et penè divinâ, quâ nunc vestro beneficio fruor, lætitiæ voluptate caruissem.

Quid dulciùs hominum generi à naturâ datum est, quàm sui cuique liberi? mihi verò et propter indulgentiam meam, et propter excellens eorum ingenium, vitâ sunt meâ cariores. Tamen non tantâ voluptate erant suscepti, quantâ nunc sunt restituti. Nihil cuiquam fuit unquàm iucundiùs, quàm mihi meus frater. Non tam id sentiebam, cùm fruebar, quàm tunc, cùm carebam, et posteaquàm vos me illi, et mihi eum reddidistis. Res familiaris sua quemque delectat: reliquæ meæ fortunæ recuperatæ plus mihi nunc voluptatis afferunt, quàm tunc incolumi afferebant. Amicitia,

sotros, el senado, y toda la Italia, os acordaseis de mí, os compadecieseis y me echaseis menos. Y si bien el hombre no tiene mas que apetecer que una suerte feliz, igual y continuada, corriendo con prosperidad sin ningun tropiezo la carrera de esta vida, sin embargo, si hubiera yo navegado siempre con bonanza, y sin tempestad, no gozaria de un increíble, y casi celestial deleite, de que ahora por beneficio vuestro gozo.

¿Qué cosa mas dulce concedió al hombre la naturaleza, que los hijos? y yo con especialidad, así por mi ternura, como por su excelente natural de ellos, los quiero mas que mi vida. Sin embargo no fué igual el gusto de su nacimiento al de ahora al restituirme los. Ninguno jamas halló mas gusto en cosa alguna, que yo en mi hermano. Mas esto no lo conocia yo tanto, cuando gozaba de su compañía, como cuando estaba sin él, y despues que por vuestro beneficio volví yo á ser suyo, y él mio. A todos da gusto su hacienda: mas las reliquias de la mia, que he recobrado, me dan ahora mas contento, que ella me daba antes de mi desgracia. El gusto que se halla en las amistades, trato, vecindades, clientelas, y finalmente en los juegos,

consuetudines, vicinitates, clientelæ, ludi deniquè et dies festi, quid haberent voluptatis, carendo magis intellexi, quàm fruendo.

Jam verò honos, dignitas, locus, ordo, beneficia vestra, quanquam mihi semper clarissima visa sunt, tamen ea nunc renovata illustriora videntur, quàm si obscurata non essent. Ipsa autem patria, dii immortales! dici vix potest, quid caritatis, quid voluptatis habet, quæ species Italiæ? quæ celebritas oppidorum! quæ forma regionum! qui agri! quæ fruges! quæ pulchritudo urbis! quæ humanitas civium! quæ reipublicæ dignitas! quæ vestra majestas! Quibus ego omnibus antea rebus sic fruebar, ut nemo magis, sed sicut bona valetudo jucundior est eis, qui è gravi morbo recreati sunt, quàm qui nunquam ægro corpore fuerunt: sic ea omnia desiderata magis, quàm assiduè percepta, delectant.

NARRATIO.

2. Quorsum igitur hæc disputo, quor-

y dias de fiesta, mas lo conocí careciendo de estas cosas, que gozándolas.

Pues el honor, dignidad, graduacion, y estado, beneficios que os he debido, aunque siempre brillaron á mis ojos, sin embargo ahora que han sido retocados, me parece que brillan mas, que si nunca hubieran perdido su resplandor. Pues la patria, Dioses inmortales, apenas es decible cuan amable es, y cuan gustosa! ¡Qué vista la de Italia! ¡qué poblacion de lugares! ¡qué disposicion de terreno! ¡qué campos! ¡qué frutos! ¡qué hermosura la de la ciudad! ¡qué cortesania de ciudadanos! ¡qué autorizada república! ¡qué majestad la vuestra! Todas las cuales cosas yo antes disfrutaba como el que mas; pero á la manera que sienten mas gusto en la salud los que convalecieron de alguna grave enfermedad, que los que nunca la padecieron: así todas estas cosas me dan mas satisfaccion, habiéndolas echado menos, que si nunca me hubieran faltado.

NARRACION.

2. ¿Mas á qué fin digo yo esto? ¿á qué fin? Para

consuetudines, vicinitates, clientelæ, ludi deniquè et dies festi, quid haberent voluptatis, carendo magis intellexi, quàm fruendo.

Jam verò honos, dignitas, locus, ordo, beneficia vestra, quanquam mihi semper clarissima visa sunt, tamen ea nunc renovata illustrioria videntur, quàm si obscurata non essent. Ipsa autem patria, dii immortales! dici vix potest, quid caritatis, quid voluptatis habet, quæ species Italiæ? quæ celebritas oppidorum! quæ forma regionum! qui agri! quæ fruges! quæ pulchritudo urbis! quæ humanitas civium! quæ reipublicæ dignitas! quæ vestra majestas! Quibus ego omnibus antea rebus sic fruebar, ut nemo magis, sed sicut bona valetudo jucundior est eis, qui è gravi morbo recreati sunt, quàm qui nunquam ægro corpore fuerunt: sic ea omnia desiderata magis, quàm assiduè percepta, delectant.

NARRATIO.

2. Quorsum igitur hæc disputo, quor-

y dias de fiesta, mas lo conocí careciendo de estas cosas, que gozándolas.

porque de ellos recibimos la vida, el patrimonio, la libertad y el derecho de ciudadanos; si á los Dioses immortales, por cuyo beneficio hemos poseido todo esto, y logrado otros acrecentamientos; si al pueblo romano, por cuyos honores hemos sido colocados en este angustísimo consejo, y en este altísimo grado de dignidad, y en este alcazar de todo el mundo; si á este mismo orden senatorio, que muchas veces nos ha honrado con muy honoríficos decretos: viene á ser infinita, é inmensa la deuda, en que os estamos, por habernos restituído con vuestro singular afecto y union, de una vez todos los beneficios de nuestros padres, los dones de los Dioses immortales, los honores del Pueblo Romano, y los muchos testimonios, con que me habeis acreditado; de manera que, debiéndonos mucho á vosotros, no poco al Pueblo Romano, á los padres lo que no se puede reducir á número, y todo á los Dioses immortales, por haber tenido antes por ellos todas estas cosas en particular, ahora lo hemos venido á recobrar todo junto por vuestro medio.

2. Y así, Padres conscriptos, parece que hemos conseguido por vosotros lo que ni aun es de desear para un hombre, que es un cierto género de immortalidad. Porque qué tiempo habrá jamas, en que espire la memoria de los beneficios que os debemos, cuando

fama moriatur, qui illo ipso tempore, cum vi, ferro, metu, minis obsessi teneremini, non multò post discessum meum, universi me revocavistis, referente L. Mummio, fortissimo, atque optimo viro; quem habuit ille pestifer annus et maximè fidelem, et minimè timidum, si dimicare placuisset, defensorem salutis meæ? Posteaquàm vobis potestas decernendi non est permissa per eum tribunum plebis, qui, cum per se rempublicam lacerare non posset, sub alieno scelere delevit: nunquàm de me siluistis, nunquàm meam salutem non ab his consulibus, qui vendiderant, flagitavistis.

Itaque vestro studio, atque auctoritate perfectum est, ut ille ipse annus, quem ego mihi, quàm patriæ, malueram esse fatalem, hos tribunos haberet, qui et promulgarent de salute mea, et ad vos sæpenumerò referrent. Nam consules modesti, legumque metuentes, impediabantur lege, non eâ, quæ de me, sed eâ, quæ de ipsis lata erat, cum meus inimicus promulgavit, ut, si revixissent ii, qui hæc penè delerunt, tunc ego redirem: quo facto utrumque confessus

en aquel mismo tiempo, en que la violencia, el hierro y el miedo, os tenían cercados, no mucho despues de mi partida, todos á una voz me levantasteis el destierro á propuesta de Lucio Mummio (1), sugeto del mayor esfuerzo y bondad, en quien tuve en aquel año pestilencial un fidelísimo defensor, y nada tímido, si se hubiera querido llevar el negocio por armas? Y despues que se os estorbó el hacer el decreto por aquel tribuno de la plebe (2), que no pudiendo destrozár la república por sí mismo, la arruinó bajo la maldad de otro (3): siempre estuvisteis clamando por mí, siempre les estuvisteis pidiendo mi vida á los cónsules (4), que la habian vendido (5).

Y así vuestro afecto y autoridad consiguió, que aquel mismo año, que yo habia querido mas que me fuera fatal á mí, que á la patria, tuviese estos tribunos de la plebe, que promulgasen ley sobre mi restitucion, y os hiciesen á vosotros propuesta sobre ella diferentes veces. Porque los cónsules modestos (6) y respetadores de las leyes, se hallaban embarazados para hacerlo por la ley, no por la que (7) se hizo sobre mí, sino por la que se habia hecho tocante á ellos, cuando mi enemigo (8) promulgó la que mandaba, que, si resucitasen los que por poco no destruyeron

est, et se illorum vitam desiderare, et magno in periculo rempublicam futuram, si aut hostes, atque interfectores reipublicæ revixissent, aut ego non revertissem. Itaque illo ipso anno, cum ego cessissem; princeps autem civitatis, non legum præsidio, sed parietum, vitam suam tueretur; respublica sine consulibus esset, neque solum parentibus perpetuis, verum etiam tutoribus annuis, esset orbata; sententias dicere prohiberemini; caput meæ proscriptionis recitaretur; nunquam dubitastis meam salutem cum communi salute conjungere.

3. Postea verò quàm singulari, et præstantissimâ virtute P. Lentuli consulis, ex superioris anni caligine, et tenebris lucem in republicâ kalendis januariis despicere coepistis, cum Q. Metelli, nobilissimi hominis, atque optimi viri, summa dignitas, cum prætorum, tribunorum plebis penè omnium virtus, et fides reipublicæ subvenisset; cum virtute, gloriâ, rebus gestis, Cn. Pompeius, omnium gentium, omnium sæculorum, omnis memoriæ facilè princeps, tutò in senatum venire arbitraretur,

esta ciudad, entonces volviere yo de mi destierro : con cuyo hecho confesó estas dos cosas, que él deseaba que volviessen á la vida aquellos, y que correria gran riesgo la república, si ó resucitasen los enemigos, y destruidores del estado, ó yo no volviere. Y así en aquel mismo año, habiéndome yo ido; defendiendo el príncipe de la ciudad su vida (9), no con el amparo de las leyes, sino con el resguardo de las paredes; hallándose la república sin cónsules, y huérfana no solo de los padres perpetuos, sino tambien de los tutores anuales; embarazándoseos dar vuestro parecer; recitándose el título de la ley de mi condenacion; nunca por eso dudasteis unir mi restitucion con el bien comun.

5. Mas despues que por el singular, y muy adelantado valor del consul P. Léntulo comenzasteis á ver la luz en el primer dia de enero, disipada la oscuridad y tinieblas del año antecedente; habiendo socorrido á la república la suprema dignidad de Q. Metelo, sugeto nobilísimo, y al mismo tiempo de la mayor bondad; y el valor, y fidelidad de los pretores, y de casi todos los tribunos de la plebe; y pensando ya que podia venir con seguridad al senado. Cn. Pompeio, el mayor hombre sin duda alguna que ha habido en todas las naciones, en todos los siglos, en todos los tiempos, por su valor, glorioso nombre y hazañas : os unisteis

tantus vester consensus de salute meâ fuit, ut corpus abesset meum, dignitas jam in patriam revertisset. Quo quidem mense, quid inter me, et meos inimicos interesset, existimare potuistis. Ego meam salutem deserui, ne propter me civium vulneribus respublica cruentaretur; illi meum reditum non populi romani suffragiis, sed flumine sanguinis, intercludendum putaverunt. Itaque postea nihil vos civibus, nihil sociis, nihil regibus respondistis: nihil iudices sententiis, nihil populus suffragiis, nihil hic ordo auctoritate declaravit: mutum forum, elinguem curiam, tacitam, et fractam civitatem videbatis.

Quo quidem tempore, cum is excessisset, qui cædi, et flammæ, vobis auctoribus, restiterat, cum ferro et facibus homines totâ urbe volitantes, magistratum tecta impugnata, deorum templa inflammata, summi viri, et clarissimi consulis fasces fractos, fortissimi, atque optimi viri, tribuni plebis sanctissimum corpus non tactum, ac violatum manu, sed vulneratum ferro, confectumque vidistis: quâ strage nonnulli permoti magistratus partim metu mortis, par-

de manera para mi restitution, que solo en el cuerpo estaba ausente, mas mi dignidad ya habia vuelto á la patria. Y en este mes bien pudisteis entender, cuanta diferencia habia entre mí y mis enemigos. Yo abandoné mi defensa, porque no se ensangrentase por mí la república con la sangre de los ciudadanos; ellos por el contrario pensaron en impedir mi vuelta no con los votos del Pueblo Romano, sino con un rio de sangre. Y así nada respondisteis despues ni á los ciudadanos, ni á los aliados, ni á los reyes: ninguna causa sentenciaron los jueces, ninguna cosa votó el pueblo, y ningun decreto acordó este orden: veiais mudo el foro, sin lengua la curia, y la ciudad en silencio, y desmayo.

En este tiempo, como se habia ido de la ciudad el que autorizado por vosotros habia hecho resistencia al hierro y al fuego (10), visteis andar volando por toda Roma hombres con espadas y teas, combatir las casas de los magistrados, incendiar los templos de los dioses, quebrar los fascos de un consul, varon muy grave y esclarecido, y no como quiera poner las manos, y violar, sino tambien herir con hierro, y pasar á puñaladas (11), el cuerpo sacrosanto de un tribuno de la plebe, sugeto del mayor esfuerzo y bondad: del cual estrago, movidos algunos magistrados, se retiraron

tim desperatione reipublicæ, paulùm à meâ causâ recesserunt. Reliqui fuerunt, quos neque terror, neque vis, neque spes, neque metus, nec promissa, nec minæ, nec tela, nec faces, à vestrà auctoritate, à populi romani dignitate, à meâ salute, depellerent.

4. Princeps P. Lentulus, parens, ac deus nostræ vitæ, fortunæ, memoriæ, nominis, hoc specimen virtutis, hoc indicium animi, hoc lumen consulatûs sui fore putavit, si me mihi, si meis, si vobis, si reipublicæ, reddidisset. Qui, ut est designatus, nunquàm dubitavit sententiam de salute meâ, se, et republicâ dignam, dicere. Cùm à tribuno plebis vetaretur, cùm præclarum caput recitaretur, *ne quis ad vos referret, ne quis decerneret, ne disputaret, ne loqueretur, ne pedibus iret, ne scribendò adesset*: totam illam clausulam, ut antè dixi, proscriptiorem, non legem putavit, quâ civis optimè de republicâ meritus nominatim sine iudicio unâ cum senatu reipublicæ esset ereptus. Ut verò iniit magistratum, non dicam, quid egerit priùs, sed quid omninò egit

algun tanto de mi defensa, parte por miedo de la muerte, parte por haber perdido del todo las esperanzas, de que la república volviese á su estado. Mas á los demas ni el terror, ni la violencia, ni las promesas, ni el miedo, ni las amenazas, ni los dardos, ni las teas, pudieron hacer apartarse de la defensa de vuestra autoridad, de la dignidad del Pueblo Romano, y de mi conservacion.

4. El principal P. Léntulo, padre, y dios de nuestra vida, fortuna, memoria, y nombre, se persuadió daria muestra de su valor, pruebas de su ánimo, y esplendor á su consulado, si me restituyese á mí, á mi mismo, á los míos, á vosotros y á la república. Este, luego que fué nombrado consul nunca dudó dar un parecer, cual correspondia á él y á la república, sobre mi vuelta. Y oponiéndose un tribuno de la plebe, leyéndose aquel artículo escelente, *de que ninguno os hiciese propuesta sobre mi restablecimiento, ni sobre esto decretase, disputase, hablase ó adhiriese* (12) *al dictamen de otro, ni se hallase presente, cuando se escribiese sobre este particular*: juzgó, como dije antes, toda aquella cláusula, no por ley, sino por una proscriptiõn, con que señaladamente sin tela de juicio se habia quitado á la república un ciudadano, que le habia hecho los mas señalados servicios, quitándole junto con él el senado. Mas luego que tomó posesion

aliud, nisi ut, me conservato, vestram in posterum dignitatem, auctoritatemque sanciret?

Dii immortales, quantum mihi beneficium dedisse videmini, quòd hoc anno P. Lentulus consul est! Quantò majus dedisset, si superiore anno fuisset! nec enim eguissem medicinam consulari, nisi consulari vulnere concidissem. Audieram ex sapientissimo homine, atque optimo cive, et viro, Q. Catulo, non sæpè unum consulem improbum, duos verò numquam post Romam conditam, excepto illo Cinnano tempore, fuisse: quare meam causam semper fore firmissimam dicere solebat, dum vel unus in republica consul esset. Quòd verè dixerat, si illud de duobus consulibus, quod antè in republica non fuerat, perenne, ac proprium manere potuisset. Quòd si Q. Metellus illo tempore consul fuisset unicus, dubitatis, quo animo fuerit in me conservando futurus, cum in restituendo auctorem fuisse, adscriptoremque videatis?

de su empleo, no diré qué hizo antes; mas qué otra cosa hizo en un todo, sino establecer, conservándome á mí, vuestra autoridad y dignidad para en lo sucesivo?

Dioses inmortales, cuan gran beneficio entiendo que me hicisteis en que sea este año consul P. Lentulo! y cuanto mayor me lo hubierais hecho, si lo hubiera sido en el antecedente! porque no hubiera necesitado de medicina consular, sino hubiera sido tambien consular la herida que me derribó. Habia oido yo de boca de un hombre muy sabio, y asimismo ciudadano, y hombre muy de bien, que era Q. Catulo, que rara vez habia habido un consul malo, nunca desde la fundacion de Roma, escepto en aquel tiempo de Cinna. Por lo que solia decir, que mi causa siempre seria bien sostenida, mientras hubiese aunque no fuese mas que un solo consul en la república. En lo que habia dicho bien, si aquello de los dos consules, que no se habia visto antes en la república, hubiera podido durar perpetua é invariablemente. Y si en aquel tiempo hubiera sido consul Q. Metelo, podreis dudar, con que ánimo hubiera tomado mi conservacion, al ver que fué el primero que dió y firmó su voto para mi restablecimiento?

PARS SECUNDA.

5. Sed fuerunt duo consules, quorum mentes angustæ, humiles, pravæ, oppletæ tenebris, ac sordibus, nomen ipsum consulatûs, splendorem illius honoris, magnitudinem tanti imperii, nec tueri, nec sustinere, nec capere, potuerunt: non consules, sed mercatores provinciarum, ac venditores vestræ dignitatis: quorum alter à me Catilinam, amatorem suum, multis audientibus; alter Cethegum, consobrinum, reposebat. Qui me duo sceleratissimi post hominum memoriam, non consules, sed latrones, non modò deseruerunt, in causâ præsertim publicâ, et consulari, sed proderunt, oppugnarunt, omni auxilio non solum suo, sed etiam vestro, cæterorumque ordinum, spoliatum esse voluerunt. Quorum alter tamen neque me, neque quemquam, fefellit.

Quis enim ullam ullius boni spem haberet in eo, cujus primum tempus ætatis palam fuisset ad omnes libidines divulgatum?

PARTE SEGUNDA.

5. Mas fueron entonces cónsules dos, cuyos entendimientos, bajos, malignos, cubiertos de tinieblas é inmundicias, no pudieron ni mirar, ni sostener, ni abarcar el nombre mismo de consul, el esplendor de este empleo, y la grandeza de tan gran imperio: no cónsules, sino compradores de gobiernos, y vendedores de vuestra dignidad: de los cuales el uno (15) me pedía en presencia de muchos á Catilina su amante; y el otro (14) á Cethego, su primo. Estos dos los mas perversos de cuantos hay memoria, no cónsules, sino ladrones, no solo me desampararon, particularmente en negocio que tocaba al público y á los consules, sino que me entregaron á mis enemigos, me combatiéron, y quisieron despojar de todo favor, no solo del suyo, sino tambien del vuestro, y del de las demas clases del estado. Y el uno sin embargo ni á mí ni á nadie engañó.

Porque quien esperaria ningun bien de un hombre, cuyos primeros años se habian empleado descubiertamente en todo género de liviandades: que ni aun de

PARS SECUNDA.

5. Sed fuerunt duo consules, quorum mentes angustæ, humiles, pravæ, oppletæ tenebris, ac sordibus, nomen ipsum consulatûs, splendorem illius honoris, magnitudinem tanti imperii, nec tueri, nec sustinere, nec capere, potuerunt: non consules, sed mercatores provinciarum, ac venditores vestræ dignitatis: quorum alter à me Catilinam, amatorem suum, multis audientibus; alter Cethegum, consobrinum, reposebat. Qui me duo sceleratissimi post hominum memoriam, non consules, sed latrones, non modò deseruerunt, in causâ præsertim publicâ, et consulari, sed proderunt, oppugnarunt, omni auxilio non solum suo, sed etiam vestro, cæterorumque ordinum, spoliatum esse voluerunt. Quorum alter tamen neque me, neque quemquam, fefellit.

Quis enim ullam ullius boni spem haberet in eo, cujus primum tempus ætatis palam fuisset ad omnes libidines divulgatum?

PARTE SEGUNDA.

5. Mas fueron entonces cónsules dos, cuyos entendimientos, bajos, malignos, cubiertos de tinieblas é inmundicias, no pudieron ni mirar, ni sostener, ni abarcar el nombre mismo de consul, el esplendor de este empleo, y la grandeza de tan gran imperio: no cónsules, sino compradores de gobiernos, y vendedores de vuestra dignidad: de los cuales el uno (15) me pedía en presencia de muchos á Catilina su amante; y el otro (14) á Cethego, su primo. Estos dos los mas perversos de cuantos hay memoria, no cónsules, sino ladrones, no solo me desampararon, particularmente en negocio que tocaba al público y á los consules, sino que me entregaron á mis enemigos, me combatiéron, y quisieron despojar de todo favor, no solo del suyo, sino tambien del vuestro, y del de las demas clases del estado. Y el uno sin embargo ni á mí ni á nadie engañó.

Porque quien esperaria ningun bien de un hombre, cuyos primeros años se habian empleado descubiertamente en todo género de liviandades: que ni aun de

qui ne à sanctissimâ quidem parte corperis potuisset hominum impuram intemperantiam propulsare? qui, cum suam rem non minus strenuè, quàm postea publicam, confecisset, egestatem et luxuriam domestico lenocinio sustentavit? qui nisi in aram tribunatus confugisset, neque vim prætoris, nec multitudinem creditorum, nec bonorum proscriptionem, effugere potuisset? Quo in magistratu, nisi rogationem de piratico bello tulisset, profectò egestate et improbitate coactus piraticam ipse fecisset; ac minore quidem cum reipublicæ detrimento, quàm quòd intra mœnia nefarius hostis, prædoque versatus est, quo inspectante ac sedente, legem tribunus plebis tulit, ne auspiciis obtemperaretur, ne obnuntiare consilio aut comitiis, ne legi intercedere liceret, ut lex Ælia et Fusia ne valerent, quæ nostri majores certissima subsidia reipublicæ contra tribunitios furores esse voluerunt. Idemque postea cum innumerabilis multitudo bonorum de Capitolio supplex ad eum sordidata venisset, cumque adolescentes nobilissimi, cunctique equites Romani se ad lenonis impurissimi pedes abjecis-

la parte mas reservada del cuerpo habia podido apartar la lasciva destemplanza de los hombres? que despues de haberse dado antes tan buena maña para dissipar su hacienda, como despues para destruir el estado, sustentó su miseria y lujuria con su doméstico alcabuetismo? que á no haberse refugiado en el asilo del tribunado, no hubiera podido librarse de la fuerza del pretor, de la multitud de los acreedores, y de la venta de sus bienes? Y en dicho empleo, á no haber hecho la ley sobre la guerra contra los piratas, sin duda obligado de la necesidad, é impelido de su malicia, se hubiera él dado á pirata; y verdaderamente hubiera hecho menos daño á la república, que el que hizo con haber andado dentro de la ciudad maldito enemigo y ladron, á cuya vista y presencia hizo ley el tribuno de la plebe, para que ni se hiciese caso de los agüeros, ni se pudiese dar aviso de ellos, siendo adversos á las juntas, ni fuese lícito hacer oposicion á la ley, ni fuesen valederas las leyes Eliá y Fusia: cuando esta era la fortaleza segurísima, que nuestros mayores habian levantado contra los furores de los tribunos. Y asimismo, habiendo ido á él despues desde el Capitolio innumerable multitud de hombres de bien enlutados á suplicarle, y habiéndose echado á los pies de este alcabete impurísimo los jóvenes mas nobles, y todos los Caballeros Romanos: con qué semblante desechó

sent : quo vultu cincinnatus ganeo non solum civium lacrymas, verum etiam patriæ preces, repudiavit? Neque eo contentus fuit, sed etiam concionem ascendit, eaque dixit, quæ, si ejus vir Catilina revixisset, dicere non esset ausus : se nonarum decembris, quæ me consule fuissent clivique Capitolini, pœnas ab equitibus Romanis esse repetiturum : neque solum id dixit, sed, quos ei commodum fuit, compellavit : L. verò Lamiam, equitem Romanum, præstanti dignitate hominem, et salutem meam pro familiaritate, reipublicæ pro fortunis suis, amicissimum, consul imperiosus exire urbe jussit. Et, cum vos vestem mutandam censuissetis, eunctique mutassetis, atque idem omnes boni jam ante fecissent ; ille unguentis oblitus, cum togâ pretextâ, quam omnes prætores, ædilesque tum abjecerant, irrisit squalorem vestrum, et luctum gratissimæ civitatis ; fecitque quod nemo unquam tyrannus, ut, quo minus occultè vestrum malum gerneretis, nihil diceret ; ne apertè incommoda patriæ lugeretur, ediceret.

6. Cum verò in circo Flaminio non à tribuno plebis consul in concionem, sed à

el rufian rizado no solo las lágrimas de los ciudadanos, sino tambien las súplicas de la patria? y no se contentó con esto solo, sino que tambien subió á hablar al pueblo y dijo lo que, si hubiera resucitado su hombre Catilina, no se hubiera atrevido á decir : que él daría á los Caballeros Romanos el castigo por lo de las nonas de diciembre en el tiempo de mi consulado, y lo del monte Capitolino * : y no solo dijo esto, sino que citó á los que le pareció : y á L. Lamia, Caballero Romano, sugeto sobresaliente por su dignidad, empeñadísimo en mi favor por la familiaridad que habia entre nosotros, y en el de la república por sus mismos intereses, le mandó el soberbio consul salir de la ciudad. Y habiendo vosotros acordado tomar luto, y ejecutándolo, como lo habian hecho ya antes todos los hombres de bien; él unguido con unguentos olerosos, llevando la toga pretexta, que todos los pretores y ediles, se habian quitado entonces, se reió de vuestro luto, y del de la mas agradecida ciudad, é hizo lo que ningún tirano ha hecho jamas, que no os prohibió que gimieseis ocultamente vuestro mal, y os mandó por edicto, que no lloraseis al descubierto los de la patria.

6. Mas cuando en el circo Flaminio sacó á hablar al pueblo el tribuno de la plebe al consul, no digo

latrone archipirata, productus esset; primum processit, quæ auctoritate vir? vini, somni, stupri plenus, madente comâ, composito capillo, gravibus oculis, fluentibus buccis, pressâ voce, et temulentâ, quod in cives indemnatos esset animadversum, id sibi dixit gravis auctor vehementissimè displicere. Ubi nobis hæc auctoritas tamdiu tanta latuit? cur in lustris, et helluationibus hujus calamistrati saltatoris tam eximia virtus tamdiu cessavit? Nam ille alter Cæsonius Calventius ab adolescentiâ versatus est in foro, cum eum præter simulatam, versutamque trinitiam nulla res commendaret: non juris studium, non dicendi, non rei militaris, non cognoscendorum hominum, non liberalitas. Quem præteriens, cum incultum, horridum, moetumque vidisses, etiam si agrestem et inhumanum existimares, tamen libidinosum, et perditum non putares.

Cum hoc homine, an cum stipite æthiope, si in foro constitisses, nihil crederes interesse; sine sensu, sine sapore, elinguem, tardum, inhumanum negotium; Capadocem modò abreptum de grege venalium

bien, un ladrón á un caudillo de piratas; primeramente se adelantó, con qué autoridad? despues lleno de vino, soñoliento, rebosando deshonestidad, con el pelo húmedo, el cabello aderezado, los ojos cargados, los carrillos caídos, voz baja, y de borracho, dijo el grave y autorizado varón, que le desagradaba el que se hubiese castigado á los ciudadanos, sin haber sido condenados. Donde estuvo escondida tanto tiempo esta autoridad, sin que la viésemos? como un tan singular valor, como el de este rizado bailarín, ha estado tanto tiempo sin hacer nada, empleado en deshonestidades, y comilonas? Porque el otro Cesonio Calvencio ** desde su juventud ha andado en la plaza *** sin otra recomendacion, que la de su fingida, y engañosa seriedad, sin que le recomendase el estudio de las leyes, ni el de la elocuencia, ni el de la disciplina militar, ni el de conocer las gentes, ni la liberalidad. Un hombre, que cualquiera que pasara por delante de él, viéndole desaliñado, horroroso, y melancólico, aunque le juzgara sí por un rústico, é inhumano, sin embargo no lo tendria por deshonesto y perdido.

Si te pararas con él en la plaza, creerias que era lo mismo, que estar con un tronco de Etiopia; una cosa sin sentido, sin gusto, sin lengua, tarda, inhumana; dirias que era uno de Capadocia, acabado de sacar de la manada de los esclavos de venta. El mismo

diceres. Idem domi quàm libidinosus? quàm impurus? quàm intemperans, non januâ receptis, sed pseudothyro intromissis voluptatibus? Cùm verò etiam litteris studere incipit, et helluo immanis cum Græculis philosophari, tum est epicureus, non penitus illi disciplinæ, quæcumque est, deditus, sed captus uno verbo *voluptatis*. Habet autem magistros non ex istis ineptiis, qui dies totos de officio, ac de virtute disserunt, qui ad laborem, ad industriam, ad pericula, pro patriâ subeundâ, adhortantur; sed eos, qui disputent, horam nullam vacuum voluptate esse debere, in omni parte corporis, semper oportere, aliquod gaudium, delectationemque versari. His utitur quasi præfectis libidinum suarum; hi voluptates omnes vestigant atque odorantur; hi sunt conditores, instructoresque convivii; iidem expendunt atque æstimant voluptates; sententiamque dicunt, et iudicant, quantum cuique libidini tribuendum esse videatur. Horum ille artibus eruditus ita contempsit hanc pudentissimam civitatem, ut omnes suas libidines, omnia flagitia, latere posse arbitraretur, si modò vul-

en su casa, qué deshonesto, qué lujurioso, qué destemplado, introduciendo los empleos de su liviandad, no por la puerta principal, sino por la falsa! Mas cuando tambien comienza á darse á las letras, y á filosofar el g'oton insaciable con los Grieguecillos, entonces es discípulo de Epicuro, no que siga enteramente aquella doctrina, tal cual ella es, sino únicamente prendado de la sola palabra *deleite*. Sus maestros no son esos tontos, que se están los dias enteros disputando acerca de las obligaciones y virtudes, que exhortan al trabajo, á la industria, y á esponerse á riesgos en defensa de la patria; sino otros que disputan, que no debe haber ninguna hora sin deleite: que conviene, que todas las partes del cuerpo estén continuamente gozando de algun gusto y fruicion. A estos tiene como prefectos de sus gustos; estos andan á caza de todos los deleites: estos son los que sazonan y disponen los convites: estos mismos examinan y aprecian los gustos, y juzgan cuando merece cada uno de ellos. Habiendo aprendido en tan buena escuela, hizo tal desprecio de esta ciudad honestísima, que pensó podrian encubrirse todas sus liviandades, y torpezas con solo presentarse en la plaza con un semblante tétrico y melancólico.

tum importunum in forum detulisset.
 7. Is me quidem minimè; (cognoram enim propter Pisonum affinitatem, quamquam longè hunc ab hoc genere cognatio materna transalpini sanguinis abstulisset), sed vos, populumque romanum, non consilio, neque eloquentiâ, quod in multis sæpè accidit, sed rugis, supercilioque decepit. L. Piso, tunc ausus es, isto oculo, non dicam isto animo; istâ fronte; non vitâ; tanto supercilio, non enim possum dicere, tantis rebus gestis; cum A. Gabinio consociare consilia pestis meæ? Non te illius unguentorum odor, non vini anhelitus, non frons calamistri notata vestigiis, in eam cogitationem adducebat, ut, cum illius re similis fuisses, frontis tibi integumento ad occultanda tanta flagitia diutiùs uti non liceret? Cum hoc coire ausus es, ut consularem dignitatem, ut reipublicæ statum, ut senatûs auctoritatem, ut civis optimè meriti fortunas, provinciarum fœdere addiceres? Te consule, tuis edictis et imperiis, senatui, populoque romano non est licitum, non modò sententiis atque auctoritate suâ, sed ne vultu quidem ac vestitu reipublicæ sub-

7. Este me engañó á mí; aunque á la verdad á mí no (porque por el parentesco, que contraje con los Pisones, ya yo sabia cuanto hacia degenerar á este de la sangre de los otros la que él tenia de su madre Francesa) sino a vosotros, y al pueblo romano, y no por su prudencia y elocuencia, como en muchos sucedió varias veces, sino por sus arrugas y sobrecejo L. Pison, tú te has atrevido con ese ojo, no diré con ese ánimo, con esa frente, no diré con esa vida, con tanto sobrecejo, porque no puedo decir con tantas hazanas, á ponerte de acuerdo con Aulo Gabinio sobre los medios de perderme á mí? ¿Qué? el olor de sus unguentos, aquel aliento, que apesta á vino, la frente señalada con el rastro del hierro de los bucles, no te hicieron advertir, que siendo en la realidad otro, como él, ya no podría el ceño de tu frente servir por mas tiempo de capa para ocultar tus maldades? Con este te atreviste á coligarte, para vender por el precio de los gobiernos la dignidad consular, el estado de la república, la autoridad del senado, los bienes de un ciudadano, que habia hecho señalados servicios á la patria? En tu consulado, por tus edictos y mandatos, se prohibió al senado, y al pueblo romano dar favor á la república, no solo con sus votos y decretos, mas ni aun con el llanto y vestido. Pensabas acaso, que tú

venire. Capuæne te putabas, in quâ urbe domicilium quondam superbiæ fuit, consullem esse, sicut eras eo tempore; an Romæ, in quâ civitate omnes antè vos consules senatui paruerunt?

Tu es ausus in circo Flaminio productus cum tuo illo pari dicere, te semper misericordem fuisse? quo verbo senatum, atque omnes bonos tùm, cum à patriâ pestem depulsem, crudeles demonstrabas fuisse. Tu misericors me affinem tuum, quem comitiis prærogativæ primum custodem præfeceras, quem kalendas januarii tertio loco sententiam rogaras, constrictum inimicis reipublicæ tradidisti. Tu meum generum propinquum tuum, tu affinem tuam, filiam meam, superbissimis, et crudelissimis verbis à genibus tuis repulisti. Idemque tu clementiâ, ac misericordiâ singulari, cum ego unâ cum republicâ non tribunitio, sed consulari ictu concidissem; tanto scelere, tantâque intemperantiâ fuisti, ut ne unam quidam horam interesse paterere inter meam pestem, et tuam prædam; saltem dum conticesceret illa lamentatio, et gemitus urbis. Nondum palàm factum erat occidisse rem-

eras consul en Capua, domicilio en otro tiempo de la soberbia, como te hallabas entonces en ella, ó en Roma, en donde todos [los cónsules, que os precedieron, obedecieron al senado?

Tú has tenido, osadía para decir presentado al pueblo en el circo Flaminio con aquel otro tan buena alhaja, como tú, que siempre habias sido misericordioso, palabras, con que dabas á entender, que habia sido cruel el senado, y todos los buenos, cuando yo evité la ruina de la patria? Tú, que blasonas de compasivo, me entregaste atado en manos de los enemigos de la república, siendo tu pariente por afinidad, habiéndome hecho el honor en las elecciones de ponerme por primer custodio de la centuria, que votaba primero, y preguntádome mi parecer en tercer lugar en las kalendas de enero. Tú apartaste de tus rodillas con palabras muy soberbias, y crueles á mi yerno, pariente tuyo por consanguinidad, y á mi hija, que lo era por afinidad. Tú mismo con esta tu singular clemencia y misericordia, habiéndome dado en tierra juntamente con la república á golpes, no de los tribunos, sino de los cónsules, fuiste tan perverso, y te desmandaste tanto, que ni aun diste lugar á que mediase una hora sola entre mi ruina y tu presa; si quiera mientras cesaba aquella lamentacion, y llanto

publicam, cum tibi arbitria funeris solvebantur. Uno, eodemque tempore domus mea diripiebatur, ardebat, bona ad vicinum consulem de Palatio; de Tusculano ad item vicinum alterum consulem deferebantur; cum, iisdem operis suffragium ferentibus, eodem gladiatore latore, vacuo non modò à bonis, sed etiam à liberis, atque inani foro, ignaro populo romano, quid ageretur, senatu verò oppresso, et afflicto, duobus impiis, nefariisque consulibus, ærarium, provinciæ, legiones, imperia donabantur.

PARS TERCIA.

8. Horum consulum ruinas vos consules vestrà virtute fulsistis, summâ tribunorum plebis, prætorumque fide, et diligentia sublevati. Quid ego de præstantissimo viro, T. Annio, dicam? aut quis de tali cive satis dignè unquam loquetur? Qui cum videret, sceleratum civem, aut domesticum potiùs hostem, si legibus uti liceret, iudicio esse frangendum; sin ipsa iudicia vis impediret,

de la ciudad. Aun no se habia publicado la muerte del estado, y ya se te estaba pagando el coste del funeral (13). Al mismo tiempo que saqueaban, y ponian fuego à mi casa, llevaban los muebles de la del monte Palatino al consul inmediato, y los de la granja Tusculana al otro consul, que tambien vivia cerca, y se estaba repartiendo entre los impiòs, y malditos cónsules el erario, los gobiernos, las legiones y el mando, votando los mismos asesinos, promulgando la ley el mismo gladiator, no solo no hallandose en la plaza ningun hombre de bien, mas ni aun ningun libre, ignorando el pueblo lo que se hacia, y estando el senado oprimido, y echado por tierra.

PARTE TERCERA.

8. Las ruinas de estos cónsules sostuvisteis vosotros en vuestro consulado con valor, ayudados para ello de la estremada fidelidad, y diligencia de los tribunos, de la plebe y pretores. ¿Qué diré yo del escellentísimo varon Tito Anio? ¿ó quien hablará jamas, como corresponde, de tal sugeto? el cual viendo, que un mal ciudadano, ó mas bien enemigo doméstico, si hubiese lugar à la observancia de las leyes, seria derribado en juicio; y que, en caso que la violencia im-

publicam, cum tibi arbitria funeris solvebantur. Uno, eodemque tempore domus mea diripiebatur, ardebat, bona ad vicinum consulem de Palatio; de Tusculano ad item vicinum alterum consulem deferebantur; cum, iisdem operis suffragium ferentibus, eodem gladiatore latore, vacuo non modò à bonis, sed etiam à liberis, atque inani foro, ignaro populo romano, quid ageretur, senatu verò oppresso, et afflicto, duobus impiis, nefariisque consulibus, ærarium, provinciæ, legiones, imperia donabantur.

PARS TERCIA.

8. Horum consulum ruinas vos consules vestrâ virtute fulsistis, summâ tribunorum plebis, prætorumque fide, et diligentia sublevati. Quid ego de præstantissimo viro, T. Annio, dicam? aut quis de tali cive satis dignè unquam loquetur? Qui cum videret, sceleratum civem, aut domesticum potiùs hostem, si legibus uti liceret, iudicio esse frangendum; sin ipsa iudicia vis impediret,

de la ciudad. Aun no se habia publicado la muerte del estado, y ya se te estaba pagando el coste del funeral (13). Al mismo tiempo que saqueaban, y ponian fuego à mi casa, llevaban los muebles de la del monte Palatino al consul inmediato, y los de la granja Tusculana al otro consul, que tambien vivia cerca, y se estaba repartiendo entre los impiòs, y malditos cónsules el erario, los gobiernos, las legiones y el mando, votando los mismos asesinos, promulgando la ley el mismo gladiator, no solo no hallandose en la plaza ningun hombre de bien, mas ni aun ningun libre, ignorando el pueblo lo que se hacia, y estando el senado oprimido, y echado por tierra.

PARTE TERCERA.

8. Las ruinas de estos cónsules sostuvisteis vosotros en vuestro consulado con valor, ayudados para ello de la estremada fidelidad, y diligencia de los tribunos, de la plebe y pretores. ¿Qué diré yo del escellentísimo varon Tito Anio? ¿ó quien hablará jamas, como corresponde, de tal sugeto? el cual viendo, que un mal ciudadano, ó mas bien enemigo doméstico, si hubiese lugar à la observancia de las leyes, seria derribado en juicio; y que, en easo que la violencia im-

ac tolleret, audaciam virtute, furorem fortitudine, temeritatem consilio, manum manu, vim vi, esse superandam: primò de vi postulavit. Posteaquam ab eodem judicìa sublata esse vidit, ne ille omnia vi posset efficere, curavit: qui docuit, neque tecta, neque templa, neque forum, neque curiam, sine summâ virtute, ac maximis opibus, et copiis, ab intestino latrocinio posse defendi: qui primus post meum discessum, metum bonis, spem audacibus, timorem huic ordini, servitutum depulit civitati.

Quam rationem pari virtute, animo, fide, P. Sextius secutus; pro meâ salute, pro vestrà auctoritate, pro statu civitatis, nullas sibi inimicitias, nullam vim, nullos impetus, nullum vitæ discrimen vitandum unquam putavit; qui causam senatûs, exagitatam concionibus improborum, sic suâ diligentia multitudini commendavit, ut nihil tam populare, quàm vestrum nomen; nihil tam omnibus carum aliquando, quàm vestra auctoritas, videretur. Qui me eum omnibus rebus, quibus tribunus plebis potuit,

pidiese, y desterrase la justicia, se debía vencer la osadía con el valor, el furor con la fortaleza, la temeridad con la prudencia, armas con armas, y fuerza con fuerza: primeramente le acusó de haber usado de violencia; y despues que vió desterrada por él mismo la justicia, procuró estorbarle que pudiese hacer libre uso de la fuerza, habiendo hecho ver, que ni las casas, ni los templos, ni el foro, ni la curia, podian ser defendidas de los ladrones de casa sin sumo valor, grandes fuerzas, y muy numerosas tropas, siendo el primero despues de mi salida, que quitó el miedo á los buenos, la esperanza á los osados, el temor al senado, y el yugo de la servidumbre á la ciudad.

Quanto á lo que me recomendó P. Sextio con no menor valor, ánimo y fidelidad, creyó que debía no negar la cara á ningunas enemistades, violencias, ataques, ni ruegos, en defenlá de mi vida, de vuestra autoridad, y del Estado. Este recomendó con tanto empeño al pueblo la causa del senado, contra la cual se habian ensangrentado en sus discursos algunos malvados, que llegó por fin el dia en que nada fuese tan del agrado del pueblo, como vuestro nombre; nada tan apreciable para todos, como vuestra autoridad: y á mi no solo me defendió por todos los medios, que puede un tribuno de la plebe, sino que él fué mi apoyo, de-

defendit, tum reliquis officiis, juxta ac si meus frater esset, sustentavit: cujus ego clientibus, libertis, familiâ, copiis litteris ita sum sustentatus, ut meae calamitatis non adjutor solum, verum etiam socius videretur.

Jam caeterorum officia, studiaque vidistis: quam cupidus mei C. Sextilius, quam studiosus vestri, quam non varius fuerit in causa. Quid M. Cispio? cui ego ipsi, parenti, fratrique ejus, sentio, quantum debeam? qui, cum a me voluntas eorum in privato judicio esset offensa, publici mei beneficii memoriâ privatam offensionem oblitus, L. T. Fadius, qui mihi quaestor fuit, M. Curtius, cujus ego patri quaestor fui, studio, amore, animo, huic necessitudini non defuerunt. Multa de me C. Messius, et amicitiae, et reipublicae causa, dixit: legem separatim initio de salute mea promulgavit. Q. Fabricius, si, quae de me agere conatus est, ea contra vim, et ferrum perficere potuisset, mense januario nostrum statum recuperassemus. Quem ad salutem meam voluntas impulit, vis retardavit, auctoritas vestra revocavit.

sempeñando para conmigo todas las obligaciones de un hermano: habiéndome sostenido sus clientes, libertos, esclavos, haberes, y cartas, de forma que no solo parecia que me ayudaba en mi desgracia, sino aun que me acompañaba en ella.

Pues las buenas obras y afectos de los demas, bien los visteis: cuan amante mio se mostró Cayo Sextilio, cuan afecto á vosotros, cuan constante en el partido. Y ¿qué diré de M. Cispio? á quien, como tambien á su padre, y hermano, sé muy bien cuan obligado estoy; pues habiendo yo sido su contrario en un juicio particular, olvidaron su particular sentimiento con la memoria del servicio, que yo habia hecho á la república. Pues T. Fadio, que fué mi cuestor, y M. Curcio, de cuyo padre lo fui yo, desempeñaron bien las obligaciones en que por esto estaban, con su afecto, amor y voluntad. Cayo Mesio habló largamente á mi favor así por respeto á nuestra amistad, como por el de la república: él promulgó al principio por sí solo una ley sobre mi restablecimiento. Y si Quinto Fabricio hubiere podido llevar al cabo sus intentos en mi favor contra la fuerza y las armas, ya en el mes de enero hubieramos sido restituidos á nuestro estado. Mas, habiéndose metido en el empeño por la buena voluntad, que me tenia, se vió embarazado por la vio-

9. Jam vero prætores quo animo in me fuerint, vos existimare potuistis, cum L. Cæcilius privatim me suis omnibus copiis studuerit sustentare; publicè promulgarit de meâ salute cum collegis penè omnibus: direptoribus autem meorum honorum in jus adeundi potestatem non fecerit. M. autem Calidius statim designatus, sententiâ suâ, quàm esset cara sibi mea salus, declaravit. Omnia officia C. Septimii, Q. Valerii, P. Crassi, Sex. Quintilii, C. Cornuti, summa et in me, et in rempublicam constiterunt. Quæ, cum libenter commemoro, tum non invitus nonnullorum in me nefariè commissa prætereo. Non est mei temporis injurias meminisse; quas ego etiam si ulcisci possem, tamen oblivisci mallet. Aliò transferenda mea tota vita est, ut benè de meritis referam gratiam; amicitias igne perspectas tuear: cum apertis hostibus bellum geram: timidis amicis ignoscam: proditoribus meis non indicem dolorem profectionis meæ: defensores reductis dignitate consoler.

lencia, hasta que vuestra autoridad le volvió á empezar de nuevo.

9. El afecto de los pretores hácia mí lo pudisteis conocer viendo á Lucio Cecilio sostenerme privadamente con todos sus haberes, promulgar públicamente ley con casi todos sus cólegas sobre mi restitucion, y no dar audiencia á los robadores de mis bienes. Marco Calidio declaró en su dictamen luego despues de su nombramiento, quanto apreciaba mi vida. Pues Cayo Septimio, Quinto Valerio, Publio Craso, Sexto Quintilio, C. Cornuto cumplieron con quanto á mí, y á la república debian, y cumplieron con el mayor primor. Y cuando esto traigo á la memoria con gusto, no tengo violencia en callar las perversas obras, que algunos me hicieron. A mi desgracia no corresponde acordarse de las injurias, las que aunque me hallara en estado de poder vengar, quisiera antes echarlas en olvido. He de dar una entera vuelta en mi tenor de vida, de manera que á los que me han hecho favor, corresponda agradecido: mantenga las amistades probables en el crisol de mi desgracia: haga la guerra á los enemigos declarados: perdone á los amigos timidos: no muestre sentimiento de mi destierro á los que me vendieron, y á mis defensores consuele con una vuelta tan honrosa.

